

**www.e-rara.ch**

**Sibylliakoi Chrēsmoi ... =**

**Opsopäus, Johannes**

**Amstelodami, 1689**

**Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-10751>

Liber secundus. De Graecis, et de deo, & de sanctis, & de iudicio.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΩΝ, ΚΑΙ

πρὸς θεῶν, καὶ πρὸς ἀγίων, καὶ  
πρὸς κρείστων.

## LIBER SECUNDUS.

DE GRÆCIS, ET DE DEO,

& de Sanctis, & de Judicio.

ἮΜΟΣ δὴ κατέπαυσε θεὸς πολυπάντοφρον ὠδῶν,  
Πολλὰ λιζαζομένης, καὶ μοι πάλιν ἐν σήθεος

POST QUAM productum carmen, me mul-  
ta precante,

Compressit numen, mihi sub præcordia rursum

<sup>2</sup> ΕΥΘΕ

1 Δ <sup>Ο</sup>ρῆς Δούτιρ] Ranconetus & Castalio hic inchoant librum secundum. Editio quæ anno xlv. prodiit, & duo scripta exemplaria absque libri distinctione sequentia cum præcedentibus continuant argumento solum rei tractatæ proposito: in vet. edit. & Pithœi codice, illo quod hic legitur, in regio vero, isto: ὡσαύτως καὶ τὰς πολυθῆσας θνητὰς (forte θνητόντας) ἐλέγχει, τὰς τε ἀδίκας καὶ ἁμαρτωλὰς. καὶ συμβουλεύει (lego συμβουλεύει) ὡς σφένδαμνος, ἵνα καὶ μόνον σέβειν τὸ θεὸν εἴπω παροιμιᾶς τῶν ἀλλοθῶν τὸ ἀγίων καὶ τελευτάσιον πρὸς φρακτῶν βήματων ἐκ τῶν ἡμῶν φησὶ λέγεσθαι τῶν. Si-

militer tam eos qui multitudinem deorum producunt, quam injustos & peccatores reprehendit: & hortatur tanquam cognatos ad unius & solius Dei cultum: deinde proverbio de sanctorum certamine loquitur: postremo de horrendo tribunali servatoris nostri sermonem facit, hæc dicens. Hæc etiam in Gallzi codice reperiuntur. Theophilus hujus libri argumentum indicavit lib. 2. τοίνυν (inquit) εἰδοῦσα καὶ οἱ λοιποὶ ἀποφύττει, ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ διδασκαλοὶ πρὸς διηγουμένης, καὶ κρείστων, καὶ κρείστων, ἐπὶ μὴν καὶ πρὸς ἀποφύττει. Orphæus.

2 ΕΥΘΕ

<sup>2</sup> Ἐνθεῶ θεασεσίων ἐπέων πολυγηθεῖα φωνῶ.  
 Πᾶν δέμας ἐκπληχθεῖσατάδεσπῶμ'. ἔτε γδ οἶδα  
 Οὐκί λέγω, κέλεται ᾧ θεὸς τὰ ἕκασ' ἀγορθεῖν.

Ἀλλ' ὁπότεν ἔπι γῆς σεισμοὶ, μαλεργί τε κε-  
 ραυνοὶ,

Βρογταί τ', <sup>3</sup> ἀστεργαί τε, γῆς ἐρσίβη,  
 Καὶ μανίη θάων τε λύκων τ', ἀνδροκτασίαι τε,  
 Καὶ φθοραὶ ἀνθρώπων, <sup>4</sup> ἢ καὶ βοῶν μυκωμῶν,  
 Τετραπόδων κτηνῶν τε καὶ ἐρήων ταλαέργων,

Divini cantus vocem subjecit amœnam.

Corpore tota stupens trahor huc, ignara quid ipsa  
 Eloquar: ipse sed hæc mandat Deus omnia fari.

Sed cum terrarum motus, & fulmina dîra,  
 Fulguraque & tonitrus fuerint, & squalor agro-  
 rum,

Et cædes hominum, rabies & sæva luponum,  
 Atque hominum atque boum interitus, & qua-  
 drupedantum,

Et jumentorum, mulorumque, atque caprarum,

Ἠδ'

<sup>2</sup> Ἐνθεῶ] Regium exemplar & Gallæi  
 habent κενθῆς, occultabat, claudēbat,  
 pro ἔθεῶ: & versu seq. πᾶν δὲ δέμας πλη-  
 χθεῖσα τὰδ' ἐπομαι, corpore toto stupens  
 atque percussa hæc eloquor. Idem probat  
 Turnebus. Idem.

<sup>3</sup> Ἀστεργαί τε] Claudicat versus iste.  
 Suffulcit eum Turnebus addita voce κε-  
 ραυνοὶ post ἀστεργαί τε. Codex reg. pra-

fert ἀστεργαί καὶ γῆς ἐρσίβη σεισμοὶ. recte,  
 si ita colles, ἀστεργαί, σεισμοὶ γῆ, καὶ  
 ἐρσίβη. fulgura, terra motus, & tubigō,  
 in rorscido tractu convallibusque frequen-  
 tissima, juxta Plinium. Idem.

<sup>4</sup> ἢ καὶ βοῶν &c.] Pro ἢ καὶ βοῶν μυκω-  
 μῶν, reponit Turnebus πηρώων δὲ τε μυ-  
 κωμῶν. Mox est in reg. cod. εἰῶν.  
 Idem.

Ηδ' αἰγῶν, οἴων τε ἔπειτα ὃ χέρεος ἄρραρα  
 Πολλὴ καλλιφθέσσα γηθήσεται ἔξ ἀμελείας,  
 Καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλδιδεργεραξία δ' ἔσαι  
 Πλείστοις ἐν μερόπεσι, ἢ ἱεροσυλία ναῶν  
 Δὴ ῥτε ἢ γρηὲ δεκάτη μὲν ταῦτα φανῆται  
 Ανθρώπων, ὅποταν σεισίχθων ἀεεροπητῆς  
 Εἰδῶλων ζῆλον θραύσῃ, λαόν τε πινάξῃ  
 Ρώμης ἑπίαλόφοιο. μέγας δ' ἔτε πλεῖστ' ὀλείται,

Atque ovium : fiet tum plurima terra relicta,  
 Et frugum incultos proventus deseret agros,  
 Erumpetque hominum vitiosa licentia passim,  
 Fanaque diripient. hominum tum denique se-  
 clum

Existet decimum : quando qui sidera fecit,  
 Concussor terræ, statuarum franget amorem,  
 Et Romæ populum, quæ septem continet arces  
 Concutiet : dives deleta peribit opum vis,

Ἐδού-

5 Ἐπίαλόφοι] Hinc institutum fuit o-  
 lim festum septimontium quod Mense  
 Decembri celebratum est ; quo die, incer-  
 tum. Varro post Laurentialia, quæ in  
 10 Kal. Jun. incidebant, mentionem fa-  
 cit. Sext. Pompejus *Septimontium* illum  
 diem appellari scribit, qui in *Fastis Ago-  
 nalia* dicatur ; celebrabantur autem illa  
 die 3. Idus Dec. Varroni tamen adstipula-  
 tur Tertullianus *lib. de Idol.* ubi Festum  
 hoc Strenis, quæ Kalend. Jan. exigeban-  
 tur, proximum facit. V. Jos. Scaligerum  
*Castigationibus in Festum.* Institutas esse

has ferias, propter adjectum septimum  
 Romæ collem, quo ea *Septicollis* facta  
 sit, tradit Plut. *Quæst. Roman.* c. 69. eo-  
 que die usu vehiculorum, quæ jumentis  
 traherentur, & antiquos abstinuissē, &  
 suo etiamnum tempore antiquitatis stu-  
 diosos abstinerē addit, variis allatis prisci  
 hujus moris rationibus, inter quas &  
 hæc: Aut quod Romani, cum Urbe  
 condenda magnum opus peregissent, &  
 jamque ulterius incrementum ejus nul-  
 lam animo conciperent quietem cum  
 sibi, tum jumentis, quorum opera  
 ,, fuissent

6 Διόμηνος περι πολλὰ ὑπὸ φλογὸς Ἡφαίσιο.  
 Καὶ ῥτε δ' ἠματέεσσι ἀπ' ἔρανης καταβάσσει.  
 Αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων  
 Ἀλλήλων κτείνουσι μεμνώοτες, ἐν δ' ἐκυδοιμῶ  
 Λοιμῶς ἢ λιμῶς θήσεται θεὸς ἠδ' ἐκεραυνῶς  
 Ἀνθρώποις, οἳ ἄτερθε δίκης κτείνουσι θέμιστας.  
 7 Λεΐψις δ' ἀνθρώπων ἔσται κτ' κόσμον ἅπαντα,  
 Ὡς ἔχνηται ἢ κατὰ πῖς Ἰπὶ χθονὶ θαυμάσσειεν

Vulcano crebris miscente incendia flammis.  
 Et tunc de cœlo demissæ sanguinolentæ.  
 At genus humanum longe latèque per orbem  
 Cædibus alternis insaniet: inque tumultu  
 Pestes, atque fames Deus, & sua fulmina mittet  
 Illis, qui vivent expertes legis & æqui.  
 Existetque hominum toto defectus in orbe:  
 Si quis ut in terris hominis vestigia cernat,

Ἀνθρώ-

„ fuissent usi, per istas ferias paraverint:  
 „ aut quod iidem, cum vellent omnes fe-  
 „ stivitates civium præsentia ornari, eam  
 „ vero inprimis, quæ ob contractas in u-  
 „ nam multas Urbis partes instituta e-  
 „ rat, civibus usu vehiculorum jumen-  
 „ tarioꝝ ista die interdixerint, ne Ur-  
 „ be, cui dies is agebatur festus, exi-  
 „ rent. Hofmannus.

6 Διόμηνος] In eodem scribitur Διό-  
 μηνος, & versu proximo αἰματέεσσι ἀπ'  
 ἔρανης. Turnebus corrigit ἔρανης ἔρανης ἔ-  
 σσειται, ros è cælo cadet cruentus: atque

videri unum versum abesse. Simile quid  
 legitur apud Hesiodum de cælo castrato,  
 ἔσσειται ἢ δ' αἰματέεσσι ἀπὸς ὑπὲρ αἰματέεσσι.  
 Orsoraus.

7 Λεΐψις δ'] Idem significavit porten-  
 tum bovis, Julio Cæsare interfecto, in  
 suburbano Romæ ad arantem locuti, in  
 frustra se urgeri. Non enim frumenta,  
 sed homines brevi defuturos. Idem.

8 κατὰ πῖς] In eodem codice scribitur  
 κατὰ πῖς: & versu 19. λαμπρῶς πῖμφο  
 Idem.

Ἀνθρώπων. ἴτε δ' αὖτε μέγας θεὸς αἰθέρι ναίων  
 Ἀνθρώπων ὠσεβέων ζωῆς κτ' πάντα χήνται.  
 Καὶ ἴτε δ' εἰρήνῃ τε, βαθεῖα τε σύνεσις ἔσαι,  
 Καὶ γῆ καρποφόρῳ καρπὸς πάλι πλείονας οἴσῃ,  
 Οὐδὲ μεριζομένη, ἐσθ' εἰσέπι λατρεύσασα.  
 Πᾶς ὃ λιμῶν, πᾶς ὄρεμῳ ἐλδύθερος ἀνθρώποισιν,  
 Εἴσεται ὡς πάρος ἦεν, ἀναιδεῖν τ' ἀπολείται.

Καὶ ἴτε δὴ μέγα σῆμα θεὸς μετέπειτα ποιήσῃ.  
 Λάμψαι γ' σεφάνῳ λαμπρῶ παρμοίῳ ἄσῃ  
 Λαμπερῶς, παμφαίνων, ἀπ' ἔραν ἄιγλήεντῳ,

Miretur. rursum magnus Deus incola cœli,  
 Reliquias hominum penitus servabit ubique.  
 Tunc pax, & veri prudentia summa vigebit,  
 Terraque frugiferens fruges feret uberiores,  
 Ne divisa quidem, neque servitura deinceps.  
 Omnis liber erit portus mortalibus, omnis  
 Et statio, sicut fuit ante: scelusque peribit.

Tunc autem signum dabitur divinitus ingens,  
 Namque relucebit clarissima stella, coronæ  
 Assimilis claræ, cœlo visenda sereno,

Ἡμασιν

9 Ἄσῃ &c.] I. Ostendemus κατ' ἄσῃ, quid non fuerit ἄσῃ ille, de quo Mathæus, 11. κτ' ἦσαν, quid fuerit. Utrumque compendio, & sine proluxa & anxia Authorum citatione, indicatis solum, non extensis rationum præcipuarum momentis. II. Opiniones, quæ ad primum caput pertinent, vel falsæ peni-

tus sunt & absurde, vel minus probabiles. Illas verbo, istas paucis perstringemus. I. *Opinio*, Stellam illam fuisse Spiritum S. qui hic stella, in Baptismo Christi, columbæ, in Pentecostes festo, linguarum disperitarum speciem induerit. Act. 11. 3. *Resp.* Duo posteriora in Scriptura expressa esse, prius & gratis confirmatum

Etum & parum necessarium ibi, ubi nullum spiritus Sancti. apotelestina. II *Opinio* Stellam illam fuisse *Angelum*, qui hic stellæ speciem, ut Angeli stellarum nomen, Apocal. 1. 20. induerit. Nec magis absurdum esse, Angelum hic stellæ forma apparuisse, quam Angelos olim curruum igneorum, & equorum igneorum specie, tempore Eliæ, 2 Reg. 11. 11. & Elisæi 2 Reg. vi. 17. conspectos. Deum etiam facere *Angelos suos ventos*, *ministros suos ignem flammantem*, Psal. civ. 4. *Resp.* I. Opinionem hanc esse precariam & ἀγρογον. 2. Ἀντίρρονον, repugnat enim tum nomen, quia vocatur ἀγγελ, non Angelus: tum attributa stellæ illi adscripta. 3. Angelorum apparitiones non distimulari in Scriptura vel occultari ubi illæ exhibitæ. Hic vero non Angeli, sed astri mentio. 4. Distinctis apparitionibus Deum Christi natalem & pastoribus manifestasse, & Magis, illis per Angelum, istis per stellam. 5. Angelorum apparitiones non mutas esse, sed vocales. 6. Citatio ex Apocal. 1. 20. tum absurda est, quia notum, non ibi de Angelis Spiritibus, sed de Angelis Ecclesiarum ministris sermonem esse, tum inconsequens, quia ἐπιπέμπους ibi subjicitur, septem stellas esse *Angelos septem Ecclesiarum*, apud Matthæum non item. 7. Exempla ex 2 Reg. 11. 11. & 2 Reg. vi. 17. parum urgent, tum quia τὸ ἀμφισπέρειδρον ponitur pro probato, currus & equos igneos Eliæ & Elisæo exhibitos, Angelos fuisse, imo in Historia Eliæ paulo post describuntur per *ערה* λαλασσα, καὶ δδωα, per quem Elias in cælum raptus: tum quia ex *predicatio* quod ignei dicuntur, liquet, veros currus & equos nec fuisse, nec esse potuisse. Alia vero hic subjecti de quo agitur ratio. 8. Peccatur *παρεμβολικῶς* loci Psal. civ. 2. Sensus enim Psaltris, non Angelos vel ventorum vel ignis flammantis specie apparere, sed Deum uti & ventis & fulgure & meteoris omnibus instar Angelorum & suæ voluntatis nuntiorum, vel Deum Angelis

suorum iudiciorum administris æque libere uti ac meteoris quibusvis. 9. Nusquam alibi stellarum corpora ab Angelis assumpta leguntur. III *Opinio* Stellam illam fuisse *Deiæ* quandam *δύναμιν*, *divinam virtutem*. *Resp.* I. Confundi causam, & effectum, divinam virtutem, quæ ut vis quædam agendi à nobis ἀπὸ πνοῦντος in Deo concipitur, & hoc nomine proprie designatur, cum apotelestimate ejus. 2. Quæstionem redire, qualis fuerit illa virtus divina. IV. *Opinio*, Stellam illam fuisse unam ex illarum numero quæ in initio Mundi creatæ, sive fixam ex octavo orbe, sive erraticam ex orbibus inferioribus. 1. Ob nomen, quia constanter stella vocatur. 2. Ob attributa conformia, quia lumen illi adscribitur & motus. Sed nec huic sententiæ accedere possumus, tum ob verba Magorum apud Evangelistam, tum ob rationes & complures, & graves, quæ hic intercedunt, & contrarium suadent. Verba Magorum repugnant, tum quia stellam illam vocant ἀστερ Regis modo nati. At stella in initio mundi creatæ nullius individui δεικνύει, nulli vel obnoxia, vel affixæ: tum quia dicunt se illam vidisse, h. e. videre & observare cœpisse. Reliqua vero sidera ab illis, utpote in astrorum scientia versatis, diu ante conspecta & observata. Repugnant vero etiam rationes multæ ductæ, 1. *A novitate apparitionis*, quia stella illa nunquam ante visa, nec cognita, stellæ vero & fixæ & erraticæ diu ante Magis observatæ, nec tamen ob illas se in viam dedere. 2. *A tempore apparitionis*, quia non noctu tantum fulsit, sed & interdiu. Atqui stellarum tum fixarum, tum erraticarum lumen interdiu ab intensiore & majore Solis, oculis nostris subducitur, solo Lunæ lumine excepto, quæ quandoque conspicua ob vicinitatem & proximitatem. Stellæ itaque illius lumen intensissimum vel proximum. 3. *Ab anomalia apparitionis*, quia modo apparuit, modo disparuit per

œconomiam profus extraordinariam, quæ in stellis aliis non observatur. 4. *A specie motus*, quia mota fuit motu non circulari, sed recto & plano, prævit enim Magis sive ex Oriente Hierosolymam, ut plerique contendunt, sive Hierosolyma saltem Bethleemum. At stellarum motus circularis, eaque vel adscendunt, vel descendunt. 5. *A linea motus*, si enim illorum sententia locum habeat, qui volunt Magis præluxisse fidus illud ex patria illorum Hierosolymam versus, primo motum fuit ab Oriente in Occidentem, quippe quod visum fuit in regione Orientali Judææ respectu. Sin dicatur, fidus illud apparuisse tantum in Oriente, & denuo conspectum post discessum ipsorum ab Herode, semper motus ille alius fuit à motu stellarum, cum enim Hierosolyma Septentrionalis sit Bethleemo, semper fidus illud una cum Magis à Septentrione Meridiem versus motum fuit. Nihil tale unquam in sideribus aliis observatum, quæ, secundum vulgarem Astronomorum & Physicorum doctrinam, vel motu alieno, primi mobilis videlicet, moventur ab Oriente in Occidentem, vel motu proprio ab Occidente in Orientem. 7. *Ab interruptione motus*, quia modo motum fuit hoc fidus, modo substitit certo loco. Stellarum vero sive fixarum, sive erraticarum motus perpetuus, & non interruptus. 8. *A tarditate motus*, hoc enim astrum se promovit motu lento & accommodato ad morum Magorum, *αὐτοῦ αὐτῶς*, alias enim præire non potuisset illis in itinere. Motus vero stellarum & fixarum & erraticarum velocior est & rapidior, sive alienus, sive proprius. 9. *A situ ejus*, quia humilis admodum fuit, & terræ vicinus, utpote aptus cursui Magorum in bivis & trivis dirigendo, & sive Judææ designandæ sive Bethleemo saltem, & domui in qua natus Christus. Quod ministerium nulla ex stellis nec fixis, nec erraticis præstare ob summam earum elevationem potuit, unde ex æquo terram

despectant, nec ab illis linea duci potest ad certam regionem, minus viam, vel domum designandam. 10. *A tempore durationis*, quia post ministerium Magis præstitum statim evanuit, nec unquam amplius visa fuit. Corpora vero cœlestia incorruptibilia ab intrinseco, & eadem hodie quæ in creationis initio. 11. *A sine*, quia debuit novum aliquid portendere Magis, distinctum ergo corpus esse oportuit à stellis tum fixis tum erraticis aliis. Quædam ex his jam olim Patribus Veteribus observata, *Augustino, Chrysostomo*, aliis. IV. *Maldenatus* excipit, talia argumenta probabilia esse, non necessaria. Eum enim, qui fecerat aliquando ut sol staret, aliquando ut retrorsum reverteretur, facere potuisse, ut vera stella statione naturali relicta isthæc præter naturam suam officia præstaret. Sed hoc est *οὐδὲ μὴ γένοιτο*. 1. Non quaeritur, quid potuerit à Deo fieri, sed quid factum fuerit. 2. Deus, ut faretur ipse *Maldenatus*, miracula facere non solet sine necessitate, minus multiplicare. Pluribus vero hic miraculis opus. 3. Stella in hunc modum & demissa, & inflexa, & solis rotam decore vincens ac lumine naturam necessario mutasset, non officium tantum. 4. Convenientior origo potest assignari, & minus obnoxia absurdis. 5. Ejusmodi stella ex octavo Orbe, vel inferioribus etiam planetarum demissa in inferiorem aëris regionem ob summam suam molem omnium oculos in se convertisset, quod tamen non legimus accidisse. Imo stella, quæ tantæ molis, non magis potuisset esse *δευκνὴ* unius regionis quam alterius, minus unius vici, vel domus. Hinc liquet corpus quidem lucidissimum fuisse, sed tamen exiguæ molis. V. *Rationes* pro hac sententia allatae exiguæ sunt & leves. *Ad 1. Resp.* Nomenclationem Scripturæ sæpe rebus tribui *ἡσὶν ἐλάθειαν* secundum earum *veritatem*, sæpe *ἡσὶν φάσιν*, secundum earum *apparentiam*, sæpe *ἡσὶν δόξαν* secundum *hominum* de iis *opinionem*. Vocatur itaque

itaque hoc *φαινόμενον αἰθέριον*. 1. Ob figuram, quia corpus rotundum erat & sphaericum. 2. Ob lucem, quia lucidum. 3. Ob situm, quia in loco superiori. 4. Ob motum, quia movebatur, instar atricujusdam. 5. Ob opinionem Magorum, quia illis videbatur sidus. Et revera magis accedebat ad sideris quam ad corporis alius naturam. Sic *Angeli* sæpe vocantur *Viri*: Sic *φαινόμενα* quæ in manibus Christi, *stellæ*, Apoc. 1. 16. Sic illud quod videbatur cecidisse è cælo, *stella magna*, Apoc. xii. 10, 12. Sic *Luna* luminare *magnum* præ aliis sideribus, Gen. i. 16. Multi *justi, sapientes*, sua, vel aliorum opinione. Evangelium & ejus prædicatio *μωϋσα ἔμπροσθεν*, 1 Cor. 1. 21. Tota Scriptura id genus exemplis referta. Ad 11. Resp. Attributa luminis & motus, vel *generica* intelligi, vel *specifica*: si *generica*, illationem falsam esse; si *specifica*, falsum id, ex quo ducitur illatio. Aliud enim lumen, motus alius stellarum, lumen aliud, motus alius hujus sideris. Et notum, propositiones universales affirmativas non converti simpliciter. Omnes stellæ, si ve fixæ, si ve erraticæ habent lumen & motum. Ergo quod habet lumen & motum est stella si ve fixa, si ve erratica. V. *Opinio*. Stellam illam fuisse Cometam, probatur 1. A *figura*, quia fuit corpus lucidum. 2. A *situ*, quia in aere suspensum. 3. A *motu*, quia habuit motum anomalum. 4. Ab *apparitione*, quia Cometæ instar modo apparuit, modo disparuit. 5. A *duratione*, quia ad certum tempus tantum duravit. 6. A *significatione*, quia fuit signum præsigum eventus futuri. Hæc opinio tolerari potest, si Cometæ nomen laxè sumatur pro quovis meteoræ extraordinario in aère & suspensio & accenso: si *strictè* sumatur, hic *αἰθήρ* non potest vocari Cometa. 1. Ob *differentiam causæ efficientis*. Cometarum causæ naturales. Hujus sideris causâ supernaturalis. 2. Ob *differentiam situs*. Cometæ in superiori aëris regione ordi-

narie constantur, unde ad motum primi mobilis moventur, nec possunt indices esse certi loci. Hæc stella in inferiori regione conspecta, index quippe & viæ certæ, & urbis, & domus. 3. Ob *differentiam motus*, quia Cometæ circumrotantur motu primi mobilis eoque circumlari, qualem non habuit stella ista quæ ad Magorum motum movebatur. 4. Ob *differentiam apparitionis*, quia Cometæ disparent interdum. Stella vero dicta interdum etiam Magis visa. Cometæ interdum videntur, interdum non. Atqui *αἰθήρ* hic modo disparuit, modo apparuit. 5. Ob *differentiam durationis*. Cometæ durant usque ad materiæ suæ consumptionem, & primo majori mole apparent, post pro materiæ decremento & absorptione vel resolutione, sensim minore, donec plane absorpti sint vapores, ex quibus sunt concreti. At *αἰθήρ* iste semper æqualem obvertit faciem Magis, alias in eo discernendo laborassent. Sic duravit tantum ad illud usque momentum, quo attingere domum in qua Christus hospitabatur. Nec iis reduci bus prævisse in patriam legitur, quippe qui divinitus edocti de via alia insistenda. 6. Ob *differentiam significationis*. Cometæ habent significationes naturales & determinatas: nec designant casus ejusmodi speciales, nativitatem, sedem hujus vel illius individui: Nec fausta sunt omina, sed scæva, & tristia. Hic per hoc astrum, designatione *ὑπερφυσικῆ* profus, unius individui nativitas designata, & sedes, & domus & Dominus conjunctim, eaque omnia felici admodum & fausto omine. Unde patet totam ejus constitutionem non naturalibus causis adscribendam, sed directioni causæ superioris. Multo minus vero hoc sidus quod præluxit Magis Cometa vocari poterit, si *Tychonem Brachæum* summum seculi nostri Mathematicum sequamur, qui pluribus demonstratum est, Cometæ ut plurimum supra Lunam in ipso æthere & concrelescere & apparere. Cui sententiæ

accedit *Job. Kepplerus* in Physiologia Cometarum, qui id ipsum, rejecta Aristotelis sententia de ortu cometarum ex vaporibus sublunaribus, tuetur, & contendit Cometas in ipso sinu æthereo oriri, nec minus ætherem Comētis referunt esse, quam Oceanum piscibus, minus vero apparere ob ingentem ætheris vastitatem. Ut enim videantur, opus esse propius terram trajiciant, quando vero in profundum ætheris feruntur, eos paulatim minori angulo cerni & tandem evanescere. Ut plurimum etiam conditi radiis Solis. Quæ omnia alienissima sunt à Scholæ peripateticæ placitis, quæ generationum & corruptionum circulationes ab æthere amolitur. Sed nos litem hanc nostram non facimus. Quicquid sit, sive Peripateticorum, sive Astronomorum horum sententiam super Cometarum natura & situ sequamur, hoc sidus, quod Magis prævivit, Cometa vocari proprie nequit. VII. *Rationes* pro opinione contraria allatæ, leves sunt & evanidæ. 1. *Inconsequens*, quia procedit affirmative à genere ad speciem. Et stellæ corpora lucida, & ignis elementaris, nec tamen Cometa. 2. *Itidem inconsequens*, tum quia non omne quod in aere suspensum, Cometa est, tum quia Cometa, ut dictum, in superiori aëris regione ordinariè constantur, stellæ ista in inferiori hæsit. 3. Retorqueri potest, quia etsi cometarum motus sæpe anomalus, alias tamen & extraordinarius plane hujus stellæ motus fuit, ex peculiari causæ primæ directione, non ex materiæ conditione, vel primi mobilis circinvolutione pendens. 4, 5 & 6 *Infirmæ*, nam & apparitionis simul ac duracionis & significationis Cometarum & stellæ istius diversitas Sectione superiore satis superque ostensa. VIII. Restat, ut opinionibus vel falsis manifeste, vel minus probabilibus saltem rejectis, ~~et~~ Non ostendamus, quid de sidere illo sit sentiendum. Omnibus vero expensis hæc sententia tutissima videtur, hanc stellam fuisse corpus lucidissimum, sed

exiguæ molis, à Deo extraordinarie non in cælo æthereo sed aëreo, ejusque regione inferiore formatum, sive per creationem *immediatam*, sive per *mediatam*, & motu arbitrario pro Dei voluntate motum ad designationem eventus extraordinarii, & directionem itineris Magorum ad domum & Dominum, quod ministerio illo præstito pro Creatoris voluntate disparuit, sive per annihilationem, si *immediate* creatum dicitur, sive per resolutionem in materiam ex qua compactum erat, si *creatione mediata* productum statuat. Quemadmodum & in V. Testamento ejusmodi *ἄνωθεν* ad consolationem & directionem populi Israelitici à Deo formatum, *columna* nimirum *nubis & ignis*, cujus formatio extraordinaria erat, & motus, & duratio. Hæc opinio & *nemini* convenit in Scriptura notato, ad stellæ enim cælestis similitudinem accedebat obstitum, lucem, motum, & *attributis* corpori illi adscriptis, & sic ratio reddi potest, qui poterit eventum extraordinarium hominibus astrorum peritis designare, qui eos vel in Judæam ducere, vel Bethleemum saltem, & ad certam domum, quod fieri non potuit nisi sensum se demiserit, & exiguæ molis fuerit; etsi ob proximitatem magnum videretur. Sic etiam liquet, qui interdiu fuerit conspectum, qui modo apparuerit, modo disparuerit, modo promotum fuerit, modo suspensum. Quia omnia sine directione extraordinaria salvari nequeunt. Ad hanc sententiam accedunt inter alios, *Origenes*, *Augustinus*, *Damascenus*, & *Thomas* part. III. *Quest. xxxv. Artic. vii.* fuisse stellam de novo creatam non in cælo, sed in aëre terræ vicino, quæ secundum divinam voluntatem movebatur. IX. Commenta multa febrilibus hominum otiosorum hic prætermittimus, qui narrationibus gratis confictis extra Scripturam luxuriant, qualia sunt quæ de figura hujus stellæ pueri & crucis specie insignita habet *Author* Oper. imperf. & quod de casu illius

illius refert *Haymo ex Gregorio Turonensi*, stellam illam cecidisse in quendam puteum Bethleemi, ubi in fondo illius adhuc videri possit, sed ab istantum qui virgines sunt. Quod ab *Aschelmo* jam olim merito explolum, & vix à Cænobitis & Monialibus in illis locis versantibus admitteatur, nec enim vellent ex hoc experimento de sua castitate iudicium fieri. I. Quæstiones innumeræ super fidere illo, quod Magis olim apparuit, moveri possunt, plurimæ solent ab Interpretibus. Nos præcipuas indicabimus, quæ alicujus & momenti, & usus ab sacri contextus dilucidationem. Sed strictim tantum & in transcurso, quia in talibus non consistit *ἰσθὺς λόγου*, rei Theologicae. Unde opinionēs minus probabiles verbo tantum notabimus, probabiliori subjecta & firmata. II. 1. *Quidam cum Auctore Operis imperfecti & Nicephoro*, quibus accedit *Petavius lib. xii. de Doctr. Temp. cap. viii. & Keplerus cap. xii. de anno natali Christi*, biennio ante natiuitatem Domini stellam illam Magis apparuisse fatagunt, ratione ducta ex versu 16. eo quod infantes fuerint occisi ab Herode *ὁ δὲ δεικνύς*. 2. *Alii*, anno ante conspectam fuisse. In hac sententia est *Vir Illustris Jof. Scaliger*, qui non tantum sidus illud, quod Cometen vocat, longo intervallo Christi natalem præcessisse vult, sed & intervallum illud limitat, & per annum Magis visum contendit, antequam se profectio in Judeam accinxissent. Ratio *Scaligeri* est, Cometas signa esse rerum imminentium, non præsentium, nec signa esse posse, si simul cum re ipsa, vel post rem ipsam existant. Natalem ergo filii Dei illo ostento denuntiatum Chaldaeis, longo tempore ante quam incideret. Sic etiam Cometen horrendum integro anno visum ante initia belli Judaici, secundum *Josephum*. 3. *Alii*, inter quos *Chrysothomus & Theophylactus*, sidus illud non ita diu, aliquanto tamen ante Christi natalem conspectum fatagunt.

Et hæc opinio videtur inde roborati posse, quod hac ratione iustum tempus detur itineri Magorum longinquo, & parando, & exequendo. III. Mihi sententia illa probabilior videatur, circa illud ipsum tempus exortam stellam, quo Christus natus, & cum fidere hoc spirituali, materiale ejus *δεικνύς* in sublimi Magis ostensum fuisse. Docent hoc 1. Verba illa Magorum vers. 2. *πῶς ἐστὶν ὁ πῦρ ἐκ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἰδὼς δὲ αὐτὸν ἔειπεν, &c.* Ubi est ille Rex Judæorum qui natus est? vidimus enim ejus stellam, &c. Ex connexione verborum, & illatione Magorum liquet, Regem non nasciturum, sed jam natum ab illis statui, non tantum post sideris illius apparitionem, sed & ob illam. 2. Idem ostendunt verba quæ sequuntur eodem versu, eorumque connexio, *εἰδὼς δὲ, &c. ἔβη ἰδὼς, &c.* Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus ut adoremus eum. Connectunt ergo obseruationem stellæ & suum iter. 3. Idem ostendit ratio, vix videri per annum integrum, minus per biennium, deliberasse Magos, utrum sibi adendus esset & adorandus Rex ille. Minueret hoc & pietatem illorum, & obsequium Domino præstitum. IV. Excipiunt quidam, ex apotelesmaticis obseruationibus illos collegisse, tempus nascituri Messie, & se tunc tantum itineri accinxisse, & tempus profectiois suæ ita dispensasse, ut circa vel brevi post natalem ejus Hierosolymam attingerent. Illud vero gratis dicitur, & sine causa iusta. Sic *Petavius* ait, etsi stella biennio ante natum Christum apparere cœperit, ferius tamen profectos esse Magos. 1. Quia prius illis significatum non fuerit, ad Messie Regis ortum pertinere stellam. 2. Vel si ante præmoniti fuerint, cujus sidus illud prænuncium esset, una & tempus indicatum fuisse quo se ad iter compararent. 3. Forte etiam stellam illam sublimiorem principio & cælo viciniorē apparuisse, ut cæterarum ortus & occasus imitaretur, postea vero in citima se

terris loca demississe, ac tum Magos ad iter capeffendum divinitus excitatos fuisse. Hanc opinionem cum Mathæi verbis magnopere quadrare. Sed hæc omnia gratis dicuntur, & sine causa. His etiam conjecturis locus foret, si ullum earum vestigium in Scriptura, vel ratione solida reperiretur: sed repugnant & verba Mathæi, & verborum connexio, de qua Sect. 111. Nec obstant verba vers. 16. de quibus supra actum, prout & ipse *Petavius* faretur, non incommode illa sic exponi posse, cum à Magis didicisset Herodes tempus quo stella primum apparuerat, illum tempus illud uno & altero anno antevertendum putasse. In his conjecturis *Petavius* sequutus fuit *Keplerum*, qui & ipse arbitratur cap. xii. jam tunc cum Herodes à Magis tempus exquireret, biennium fere lapsum fuisse à primo exortu stellæ. Magos vero tardius venisse, quod stellæ illi serius accesserit miraculum motus in inferiori regione aëris. Quandiu igitur stella visa fuit in æthere inter ceteras oriens & occidens, commovisse quidem novitate Chaldaeos Astrologiæ peritos, at de re aliqua certa in individuo non monuisse, postquam vero se in aërem demittere & sensim Occidentem versus progredi cepit, tandemque in Occidentem recepta disparuit, tum demum Magos consilium sequendi cepisse. Sed hæc omnia non supponenda forent gratis, sed probanda. Nec opus talia à nobis fingi. Scriptura clara, Magos vidisse stellam, & venisse. De stella illa in æthere visa, quæ postmodum descendit & Occidentem versus progredi cepit, altum silentium apud Mathæum. Turius ergo, verbis illius adherere, cum causæ nihil sit cur talia fingamus. Nec verba Evangelistæ quæ subjicit *Keplerus*, *Ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret, ubi erat puer*, quicquam faciunt ad probandum institutum, stellam biennio ante apparuisse Magis, primo in æthere, deinde in aëre, & sensim Occidentem versus

se promovisse. Nihil enim ibi de tempore ortus, nec de descensu, nec de motu ab Oriente in Occidentem, sed tantum de motu stellæ Hierosolyma Berleemum versus. Astrologiam rationem paulo post subjicit *Keplerus*, Magos venisse Hierosolyman principio Juliano xli. ante biennium vero cœpisse Planetas congregi conjunctione maxima in principio Arietis, Juliano videlicet xxxix. pronuntiam autem Astrologicum esse, Conjunctiones maximas planetarum superiorum in punctis cardinalibus, præcipue æquinoctialibus Arietis & Libræ, mutationem rerum universalem, & stellam Cometam, sub illa tempora conjunctionis apparentem ortum alicujus Monarchæ significare. Hæc sane præcipua ratio fuit cur *Keplerus* hoc statuerit, non verba Evangelistæ, ut hypothesin suam de anno natalitio firmaret. Sed, quicquid sit de illa hypothesi, quam excussimus Dubio I. hoc ipsum supponitur, non probatur, Cometam sub illa tempora conjunctionis Planetarum superiorum in punctis æquinoctialibus apparuisse, stellam etiam sive Cometam sub illa tempora exorientem ortum alicujus Monarchæ significare, quæ gratis dicuntur. Adde, præstare non in natura, hujus sideris vel ortum, vel significationem querere, cum & ille, & ista, & tota œconomia circa ejus exortum, motum, situm, significationem extraordinaria profus fuerit & supernaturalis. V. Rationes oppositas quod attinet, Sectione 11. propositas 1. de versu 16. supra actum, & ostensum quis verborum illorum sit sensus. 2. Stellam illam Cometam fuisse, supponitur, ut & signa omnia imminentiæ tantum rerum esse, non præsentium: signa enim *materialia* una cum rebus, & sæpe rerum effectus, quarum signa sunt. 3. Nec ad iter Magorum sive patandum, sive exequendum hypothesi illa necessaria, satis enim temporis ad ejus confectionem Magis relictum, propter dies τῶν λαχέων, & τῶν γενεσιῶν,

*Mages*, quibus B. Virgo Berhleemi sub-  
stitit. Quæritur etiam an Stella præve-  
rit Magis ab oriente in Judæam. I. Com-  
munis plerorumque & veterum & recen-  
tiorum Interpretum sententia hic *affir-  
mativam* tuetur, & adeo invaluit ista opi-  
nio, ut temerarium videri possit illam vel  
convellere, vel in dubium vocare. Nec tam  
rationes adduntur huic hypothefi  
probandæ, quam illa pro certa supponi-  
tur. Hæ tamen potissimæ videntur. 1. Sic  
majore miraculo Christi cunas illustrari,  
si non semel tantum stella apparuisse Ma-  
gis, sed & toto itineris tempore præ-  
luxisse dicatur, ut columna nubis & ignis  
olim Israelitis. 2. Vix alias rationem  
dari posse, cur in Judæam potius, quam  
alio fuerit itum à Magis, & novus Rex  
ibi quæsitus. 3. Opus etiam fuisse Ma-  
gis duce continuo ad firmandam fidem,  
hominibus adhuc tyronibus in Dei co-  
gnitione, idque in itinere molesto &  
longinquo, quod stella disparente alio-  
quin vix videntur fuisse persequuturi.  
4. Adde, vel annihilatum statim sidus il-  
lud ex quo primum Magis apparere cœ-  
pit, & reproductum, quod absurdum,  
vel vix rationem dari posse, qui & ubi  
tanto tempore latuerit. 5. Addi potest,  
quum illud ipsum sidus, quod viderant  
Magi in Oriente, denuo ab illis ab He-  
rode digressis conspectum dicatur, mul-  
to probabilius id ad Magorum consolati-  
onem palam & sensibilibus in Judæam,  
in eorum gratiam, promotum fuisse,  
quam insensibilibus & occulte, sive per  
radiorum inhibitionem, sive per in-  
terjecta corpora alia crassa, quorum ob-  
jectu lumen ejus interceptum fuerit.  
6. Accedunt Authores magno numero,  
qui id ipsum tuentur. II. Quamvis ve-  
ro non libenter discedam ab opinionibus  
receptis, tamen rationes graves facis ex  
Scriptura ductæ me movent, ut *Isidoro*  
& *Cajetano* hic potius subscribendum  
censeam, & *negativam* probabiliorem ju-  
dicem, stellam nimirum illam non præ-  
vixisse Magis ab Oriente in Judæam, sed

apparuisse tantum in Oriente. 1. Ob  
verba expressa Magorum, vers. 2. *Vidi-  
mus*, inquit, *ejus stellam ex r̄i ayala-  
n̄, in Oriente*, nec addunt, *in via*, in  
Judæam usque. Quod vix videntur  
fuisse prætermisuri, si tale quid  
contigisset. 2. Ob silentium Evangelis-  
tæ, qui nihil tale innuit, quod tamen  
non dissimulaturus fuisset, si novum hoc  
miraculum priori accessisset. 3. Ob ver-  
ba Evangelistæ vers. 9. *Et ecce stella quam*  
*viderant in Oriente, præibat eis donec ve-*  
*nit*, &c. Meminit Matthæus tantum ap-  
paritionis stellæ illius in Oriente, non  
in itinere. Et notat hoc tanquam aliquid  
eximii, *in idd̄, & ecce*, &c. Si vero  
stellæ illius ductu Magi usi fuissent in toto  
itinere, vix his verbis usurus fuisset Evan-  
gelista, additurus saltem, *Et ecce stella*  
*quam viderant in Oriente, & qua iis hac-*  
*tenus præverat*, &c. quod tamen non  
facit. 4. Adde, Evangelistam ingens  
Magorum gaudium referre, stella illa  
conspecta, & varias voces congerere ad  
illius descriptionem, visa autem stella,  
*in ebrietas regis in p̄d̄, & gaudium*,  
*sunt magno gaudio valde*. Si vero paulo  
ante duntaxat disparuisset stella, nec illi  
sermoni, nec tanto gaudio locus fururus  
fuisset. 5. Adde, ad iter ex Oriente in  
Judæam regionem notam duce cœlesti  
opus non fuisse Magis, quemadmodum  
Israelitis in deserto, quia enim via igno-  
ta gradiebantur, illi indigebant duce.  
Opus vero denuo Magis Hierosolyma e-  
gressis erat exortu & auspiciis sideris istius,  
quo scrupulis & tentationibus ingentibus,  
quæ illorum animos dubio procul fodi-  
cabant, non pares tantum, sed & supe-  
riores esse possent. Quum enim pro cer-  
to sibi persuaderent, se Regem illum  
Hierosolymæ reperturos, altum de co  
ubique silentium, nec fama, nec rumor  
ullus. Animadvertunt Hierosolymam  
hoc nuntio turbari potius, quam erigi.  
Nemo se illis socium in itinere Berhle-  
mitico adjungit, nec pedem ea de causa  
ex urbe effert. Quærendus erat Messias  
in

Ἡμασιν ὄχι ὀλίγοις. ἔτε γ' εἰσέλασιν ἀνθρώποισι  
Δείξει ἀπ' ἐργασίας ἐναγώνιον ἀθλούσι.

10 Καὶ ἔθμαι μέγας γ' αἰὼν εἰσελαστικός ἔσαι,

Lucibus haud paucis: humanis nempe coronam  
De caelo ostendet, qui praemia quaerere certant.  
Nam tunc incipiet magnum procedere seculum

Εἰς

in loco obscuro, & in paratura obscuriore, & aliena plane à splendore regio. Dubiis illis discutiendis, lux caelestis exigebatur. 6. Adde, ad cunas Christi non nisi caelesti luce perveniri, æquum ergo fuisse ut præiret stella. 7. Imo probabile, non debuisse Magos Bethleemi in puerum illum diu inquirere, & hominum illius loci auspiciis ad Christum deduci, ne crypta in qua latebat Dominus, tyranno postmodum & ejus satellitibus regegi posset, & ille proditori novorum Ziphæorum obnoxius fieret. Hæ causæ satis superque ostendunt, cur merito summa Dei bonitate stella ista denuo exorta fuerit; postquam Hierosolyma excessere Magi, & illis Bethleemum deducendis præiverit. 8. Accedit tandem & hæc ratio, siquidem disparuisset stella Magis in Judæa, Evangelistam id minime fuisse dissimulaturum. III. Quum itaque hæc rationes probabiliores longe videantur iis, quæ pro opinione affirmante proponuntur, negativam præferendam censet. Ad 1. *Resp.* Miracula non gratis inferenda esse in Scripturam, sed educenda è Scriptura. Nec sequitur, eodem prorsus ministerio defunctam stellam erga Magos, quo columna nubis & ignis erga Israelitas. Nec vero id vel in Scriptura expressum, vel necessarium erat, ut ostensum. Ad 2. Ratio alia cu-

in Judæam potius itum fuerit à Magis quam alio & dari potest, & dabitur infra, ubi agetur de quaestione, qui stellæ indicio natalis Regis in Judæa innotuerit Magis. Ad 3. Nec defuit dux continuus Magis, ut infra ostendetur, etsi defuerit stella, cujus auspiciis in persequendo itinere molesto & longinquo confirmarentur. Ad 4. Sive annihilatum & post reproductum statuatur sidus illud, sive retentum tantum & occultatum, nec inde absurdi quid sequitur. Ad 5. Multa probabilia, quæ nec vera, nec certa. Quid probabilius etiam; quid secus, è Scriptura, non è ratiociniis nostris in sacris præsertim petendum. Quominus vero translationem sensibilem aëtri illius ex Oriente in Occidentem ad Magorum motum admittamus, obstant rationes supra dictæ. Ad 6. Momenta rerum omni auctoritate humana superiora sunt, cum primis rationes è Scriptura petita. *Spanhemius.*

10 Καὶ ἔθμαι] In regio cod. habetur ἡ ἔτε γ' εἰσέλασιν ἀνθρώποισι. Turnebus ita restituit locum; ἡ ἔτε γ' εἰσέλασιν ἀνθρώποισι. Quæ autem sint certamina εἰσελαστικός, explicuit idem ille in Advers. lib. 1. cap. xix. Vide quoque Plinii epist. 119. lib. 10. ubi meminit agonis isolaustici à Trajano facti. *Oppianus.*

Εἰς πόλιν <sup>11</sup> ἑρμῖον, οἰκεθρῆμικὸς δέ τε πᾶσιν  
 Εἶσετ' ἀνθρώποισιν ἔχων κλέϑ' ἀθανασίας.  
 Καὶ ἔτε πᾶς λαὸς ἔπι ἀθανάτισιν ἀέθλοισι  
 Αθλήσει νίκης θειάλλεϑ'. <sup>12</sup> ἔ γ' ἀναιδῶς  
 Αργύριον τίς ἐκεί δώαται σέφϑ' ὠνήσασθ.  
 Ἄγνός γ' Χρυσὸς τέτις τὰ δίκαια βραβεύσθ,  
 Καὶ δοκίμους σέψθ, αὐτὰρ θέμα μάστυσι δώσθ  
<sup>13</sup> Ἀθάνατον, ἄχει κ' θανάτου ἐν ἀγῶνα ποιῆσι.  
 Παρθενικοῖς ἢ δραμῆσι καλῶς, ἀφ' ἄρτον ἀέθλον

Urbi cœlesti dispensatorque vacabit  
 Omnibus humanis, ævi immortalis honores  
 Qui teneat. Cunctus tunc immortalia propter  
 Præmia contendet populus, victoria quando  
 Accendet præclara animos. Nam rite licebit  
 Cuilibet argenti claram petere inde coronam.  
 Castus enim Christus ponet certamina iusta,  
 Ornabitque probos, æternaque præmia reddet  
 Testibus, ad mortis certamen euntibus usque.

<sup>14</sup> Δώσθ

<sup>11</sup> Οἰκεθρῆμικόν] Carminis hiatus explet  
 Regius Codex ἑρμῖον γ'. Idem.

<sup>12</sup> Οὐ γ' ἀναιδῶς] Castalio deceptus  
 prava lectione ἔ γ' ἀναιδῶς, &c. vertit,  
 Nam rite licebit cuilibet argenti claram pe-  
 tere inde coronam. Christiani namque cer-  
 tamini præmium non est corona argen-  
 tea: sed hoc ait Sibylla, in isto certamine  
 non licebit pecunia emere coronam, vel  
 agonothetas munibus corrumpere, vel  
 quemadmodum in olympicis, Pythicis,

& cæteris ejusmodi publicis ludis & certa-  
 minibus Iselastictis factitatum legimus, id  
 quod acute animadversum est à Turnebo  
 ἔ in εὐ mutante. Cui plane adstipulatur  
 regii codicis scriptura, vulgari emenda-  
 tior, ἔ γ' ἀναιδῶς ἀργυρίῳ τίς. Non enim  
 impudenter aliquis argento, &c. Atque huc  
 usque tantum magnus ille Turnebus Sibyl-  
 lina emendavit. Idem.

<sup>13</sup> Ἀθάνατον &c.] Inverso ordine re-  
 ctius legitur, ἀθάνατον, κ' ἀχει. Idem.

14 Δώσθ' Ἐθέμῳ, ἢ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν  
 Ἀνθρώποις πᾶσίν τε, ἢ ἔθνησιν ἀλλοδαποῖσι,  
 Τοῖς ὁσίως ζῶσίν τε, θεὸν δ' ἕνα γνώσκουσιν.  
 Οἱ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε, γαμοκλοπιῶν τ' ἀπέ-  
 χονται,

Δώσει πλάσια δῶρα, αἰώνιον ἐλπίδα ἢ τοῖς.  
 Πᾶσά τε ψυχὴ μερόπων θεῶν ἕσσι χέρισμα,  
 Κεῖ θέμις ἀνθρώποις τὴν ἀγασί πᾶσι μαιίνειν.

Virgineis verò, qui pulchre currere pergunt,  
 Æternum munus dabit, & servantibus æqui  
 Omnibus humanis, generique alienigenarum,  
 Et sancte vivendo Deum noscentibus unum.  
 Tum qui conjugio gaudentes, furta cavebunt  
 Concubitus vetiti, dabit his quoque munera larga,  
 Immortalem spem. Nam donum numinis omnes  
 Sunt humunæ animæ: quas ullis flagitiorum  
 Mortales maculis prorsum fœdare nefas est.

17 Μη

14 Δώσθ' Ἐθέμῳ] Codex habet Ἐθέμῳ  
 ἢ τοῖς ἄλλοις. & versu. 9. ζῶσι. θεὸν δ'.  
 Idem.

15 Ἐσσι χέρισμα] Scribe, ut in prio-  
 ribus editionibus, ἐστὶ χέρισμα. Similis  
 huic est versus iste Phocylidis, πνεῦμα γὰρ  
 ἐστὶ θεῶν, χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκῶν. Idem.

16 Τὴν ἀγασί πᾶσι μαιίνειν] Omnia ex-  
 emplaria habent τὴν ἀγασί πᾶσι μαιίνειν.  
 pro quo dixit Phocylides μήτ' αἰμαίνε χίρσα

μαιίνειν. Atque hic in regio exemplari in-  
 terpositi erant versus nonaginta tres, pleriq-  
 ue ex Phocylide transcripti, vel, ut Suidas  
 vult, è Sibyllinis à Phocylide surrepti-  
 quos quia hic secundus liber, cum exem-  
 plar illud è regia bibliotheca impetrasse-  
 mus, excusus jam non amplius admitte-  
 ret, in calcem infra pag. 404. rejeci-  
 mus. Idem. Nos vero ad hunc locum ad-  
 didimus. Gallus.

17 Μὴ πλεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἑξ ὀσίων βιοῦσθαι,

18 Ἀρκείῳ παρεῖσι, ἢ ἀλλοτείων ἀπέχεσθαι,

Ne ditescas injuste, sed ex iuste partis vive.

Esto contentus praesentibus, & ab alienis abstine.

19 Ψδ-

17 Μὴ πλεῖν ἀδίκως] Hoc velle, est maximis vitiis se coinquinare velle: quis enim nescit hoc Virgilio lib. III. *Aeneid*:

— quid non mortalia pectora cogis

*Auri sacra fames!*

Attribuit auro & ardenti auri cupiditati. Itaque aurum quod πόλεις προθεί, urbes expugnat, quod ἀνδρας ἐξανίστην δόμων, viros facit domo extorres: quod πλοῦτῶν σφραγίδας φρένας ῥηκτικὰς κἀδὲ ἀπὸ πλοῦτος, evertit bonorum mentes ad res turpes. quod πανουργίας εἰδείν & δυσέβειαν, fraudes & impietatem docet, ut ait Sophocles in *Antigone*. Quod insidum ex Anacreonte, ἀπίς, ἀπίσι ῥησὸς. Cum ab eodem dantur πόλεμοι, φόνοι, bella, caedes. Et Aristophanes in *Lystrat*. Ἀπὸ τ' ἀργύρου πολέμῳ μιν, quem ex Tacito lib. 4. historiar. ita redde, aurum & opes praecipuae bellorum causa; Quod ex Platone 3. *Reip.* suadet πῶν ἀνάσσει, multa injusta. Cui consonat Plautus *Captiv.* aurum multa multis suasit perperam. Quod ex Phocylide metus δόλοσ, atque etiam κακῶν ἀρχηγός, βιοφθόρος, princeps malorum, corruptor vitae. Quod perniciosum ex Plinio, dolosum ex Persio, nocentissimum ex Ovidio, inimicum fidei ex Propertio. Primus lib. 33 cap. 1. ad perniciem vite repertum. Alter dolosi nummi. Tertius, ferroque nocentius aurum. Quartus, *Auro pulsafides*. Quod corruptor Castitatis, ut apparet in Danae, de qua re locuti Ovidius 3. *Amor.* Horatius 3. *Odar.* Silentarius in epigrammate. Quod validissimum ad expugnationem ex oraculo Pythiae: consulenti enim Philippo uti ad-

versaries posset vincere, illa respondit:

Ἀργυρίαις λόγχοισι μάχης, ἢ πείθει κήσεις.

*Argenteis hastis pugna, & omnia vinces.*

Mitto Horatium, & Ovidium idem dicentes, & Ennium, qui auro dat obitum penetratumque Acherontem. Quod ex Valerio Maximo lib. 4. cap. 3. malo hominum excogitatum minus. Quod homines capit ad sui adorationem. Nam Cedrenus Theophilum auri sitientem vocat non solum χρυσομανῆ, sed etiam χρυσολάτρη, quod aurum adoraret. Quod Malorum omnium fabricator ex Tullio variis in locis. Hoc itaque aurum tantis plenum malis (ego nihil fere attigi praeter multitudinem quibus haec Hydra timent) atrox quoque exemplum, & flagitium abominandum nobis proposuit in Polyestore Thraciae rege, cum is Polydorum interfecit, puerum, quod acerbum, Regis filium, quod indignum, amicum, quod injustum, hospitem, quod nefarium. Verba Virgilio usurpat etiam in re vere atroci, Per. Apollon. lib. 4. ex Ovid.

— — turpia qua non

*Auri suadet Amor? quo non mortalia cogis*

*Pectora.*

Cum videlicet hostis interficiebat Judaeos, ut gladio scrutaretur, siquid auri lateret in alvis & visceribus miserorum. Nam tunc increbuerat Judaeos aurum deglutisse. *la Cerda.*

18 Ἀρκείῳ παρεῖσι] Sic hodie inter mortales obtinet ut fere nemo reperitur quem non suae conditionis peniteat.

19 Ψῦδῶσα μὴ βάζειν, 20 τὰ δ' ἐπίτυμα πάντα φυλάσσειν.

Mendacia ne dixeris, sed vera omnia custodias.

21 Μῆ

Hac de re sic olim Horatius Sermonum lib. 1. Satyra 1.

*Quis fit Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem*

*Seu ratio dederit, seu Fors objecerit, illa Contentus vivat: laudet diversa sequentes?*

*O fortunati mercatores, gravis armis Miles ait, multo jam fractus membra labore*

*Contra Mercator, navim jaclantibus Austris,*

*Militia est potior. quid enim? concurritur horæ*

*Momento, aut cita mors venit, aut victoria læta.*

*Agricolam laudat juris legumque peritus,*

*Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.*

*Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem est,*

*Solos felices viventes clamat in urbe.*

Pari modo olim Boëthius: *Hic utraque circum bovis vitam celibem desset; illa nuptiis felix, orbis liberis alieno censum nutrit heredi, alius prole letatus, filii delictis mæstus illachrymat. Gallæus.*

19 Ψῦδῶσα μὴ βάζειν] Est autem mendacium secundum Aug. falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Ad detestationem hujus peccati. Primo possunt valere verba sacre scripturæ quæ dissuadent nobis mendacium. Ut est illud Eccl. 4. *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Faciem adversus faciem suam accipit qui in veritate exclusa à corde suo quæ est Dei similitudo, falsitatem, quæ diaboli est fa-*

*cies, assumit. & Eccl. 7. Noli amare mendacium. & post, in eodem capit. Noli velle mentiri omne mendacium. Secundo potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud est diabolicum: Primum enim mendacium dixit diabolus, Genes. 3. *Nequayam moriemini. Unde Joan. 8. legitur de diabolo: Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax est pater ejus. Ipse est pater mendacii, quia primus inventor est, & pater ejus, scilicet hominis mendacis. Homo enim mendax, filius est diaboli imitatione. Joan. 8. Vos ex patre diabolo estis & desideria patris vestri vultis facere. Tertio potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud membrum inquinat, in quo magis est indecens immunditia, s. os. Reddit n. illud abominabile Deo. Unde Prov. 12. *Abominatio est Domino labium mendacii. Si quis os suum apertum haberet muscis & aliis rebus immundis quæcunque vellent ibi intrare, & permitteret ea ibi nidificare, os ejus abominabile esset hominibus; sic os mendax est abominabile Deo, cum immunditia mendacii multo amplius displiceat Deo, quam immunditia muscarum vel similibus rerum. Quarto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud hominem falsum reddit: quantum prævalet bonus denarius denario falso, tantum prævalet homo verax homini falso & mendaci. Unus bonus denarius valet centum falsos, & unus homo verax centum mendaces. Unde multum melioraret se aliquis, si remoto peccato mendacii vera de cætero loqueretur, quia cui non displiceat si aliquem de denariis suis***

fuis inveniret falsum, quis est qui non potius velit habere denarios bonos, quam falsos? Sed de seipsis non dolent miseri homines, quando seipsos falsos inveniunt, & potius se volunt esse falsos, quam veros. In quo apparet cæcitas eorum qui amplius amant denarium unum, quam seipsos. Quinto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod mendacium est quasi quoddam venenum, quod tanta efficaciz est quod in ipso ore existens hominem interficit: juxta illud Sap. 1. *Os quod mentitur, occidit animam.* Unde mirum est quomodo miseri homines non timeant qui venenum istud in ore sentiunt. Pejus est venenum istud veneno materiali: sicut causa deterior solet esse suo effectu. Mendacium enim quod fuit in ore serpentis, occasio videtur fuisse veneni quod in ore habet serpens. Sexto potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod omnis mentiens proditor est. Vult enim quod ille cui mentitur, fidem sibi adhibeat: fidem tamen ei non servat, imo vult eum decipere. Septimo potest valere ad detestationem hujus peccati, magnitudo ipsius, quæ insinuatur nobis Ecclesiastic. 20. ubi sic legitur: *Potior est fur quam assiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt.* Ideo videtur esse pejor qui asuetus est mendaciis, quam fur: quia fur nocet corpori: ille autem qui mentitur, nocet animæ, dum eam in errorem inducit. Item appetitus malus qui est in fure quo ipse appetit rem alienam, est appetitus rei bonæ: sed appetitus ejus qui mentitur, est appetitus rei malæ. Fur enim suum bonum temporale quærit, sed mentiens alienum malum, scilicet errorem proximi. Unde peccatum mendacii, peccatum diabolicum est, & peccatum malitiæ: & numeratur à Salomone inter peccata quæ odit Dominus. Proverbior. 6. ubi sic legitur: *Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima ejus. Oculos sublimes, linguam mendacem &c.* Si ergo qui in furto deprehenderetur, erubesceret, sic

erubescere deberet si mendacium ejus deprehenderetur. Hoc autem quod dictum est, quod & fur & mendax perditionem hereditabunt, non est intelligendum de quocunque mendace, sed de illo qui dicit mendacium perniciosum & nocivum, & ad eandem speciem mendacii referendum est quod dictum est prius: *Os quod mentitur, occidit animam.* & illud Psalm. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Octavo potest valere ad detestationem hujus peccati, poena qua punitur peccatum istud. De qua habetur Proverbior. 20. *Suavis est homini panis mendacii, & os ejus implebitur calculo.* De poena etiam mendacii habetur Actuum 5. de Anania, ubi sic ait Petrus: *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expiravit. Nono potest valere ad detestationem hujus peccati hoc, quod peccatum istud valde nocivum est ecclesiæ Dei. Facit enim ut vix alicui fides adhibeatur. Hieronymus: *Mendaces faciunt ut vera dicentibus non credatur: unde propter mendacia hominum multiplicantur juramenta & perjurya.* Lingua hominis mendacis est velut arcus diaboli, oculos interiores filiorum Dei sagittans. Unde Jerem. 9. *Extendentur linguam suam quasi arcum mendacii & veritatis.* & ibidem: *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Peraldus.

20 Τὸ δ' ἰσχυρὸν, &c.] Ad veritatem rei videtur pertinere illud August. in libr. Soliloq. Verum est id quod est: Et illud Philosophi: Unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatem. Ad veritatem vero signi pertinere videtur illa descriptio Philosophi: Veritas est adæquatio rei & intellectus, sive adæquatio signi & signati. Veritas vero prout pertinet ad hominem utentem signo pars videtur esse justitiæ, quæ sic describitur à Tullio in 1. Rhetoric. Veritas est per quam immutata ea quæ sunt aut ante fuerunt, aut futura sunt dicuntur. Ad amorem veritatis monemur Proverb. 2. *Veritatem eme &c.* Veritas emitur quando cum magno studio

vel labore cognitio veritatis acquiritur, vel quando cum damno magno, vel multorum odio veritas in iudicio vel doctrina dicitur. A veritate nullo modo recedendum est, quicumque inde debeat scandalizari. Unde super illud Matth. 18. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis &c.* dicit Gloss. Nota quod in quantum potes sine peccato vitare scandalum proximi, debes: quod si de veritate est, pro scandalo veritas relinquere non debet. Et intelligitur hoc de triplici veritate, scilicet vitæ, iudicii & doctrinæ. Item mone-mur ad amorem veritatis. Ecl. 37. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te.* Et ejusdem 4. *Non contradicas verbo veritatis ullo modo.* Sancti antiquitus multum deferebant veritati. 2. ad Corinth. 13. *Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.* Ad perhibendum testimonium veritati, venit filius Dei in mundum. Joan. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Sed hodie veritas exosa habetur. Terentius in Andria; *Veritas odium parit, obsequium amicos.* Ad Gal. 4. *Ego inimicus vobis factus sum verum dicens vobis?* Bernard. super Cantic. *Amara est veritas sine condimento gratiæ, Hodie diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* David: *Non est in ore eorum veritas, Cor eorum vanum est.* Veritati hodie detrahitur. Job. 6. *Quare detraxistis sermonibus veritatis?* Veritas hodie captiva detinetur. Vix enim invenitur qui velit eam dicere, ad Roman. 1. *Veritatem in injustitia detinent.* Seneca: *Monstrabo tibi quid omnia possidentibus desit, scilicet qui verum dicat.* Veritas hodie undique impugnatur, ita ut frequentes necesse habeat corrucere: secundum illud Esaiæ 59. *Corruit in platea veritas.* Et Daniel. 8. *Prosternetur veritas in terra.* Veritas in terra prosternitur, quando aliquid terrenum veritati præponitur. Veritas hodie à multis vili pretio venditur. Proverb. 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit, & pro buccella panis deserit veritatem.* Multi hodie

deserunt veritatem vitæ, & ideo fugit ab eis veritas doctrinæ. Sicut è contrario sequitur veritas doctrinæ eos qui habent veritatem vitæ. Ecclesiastic. 27. *Volatilia ad sibi similia conveniunt: & veritas ad eos qui operantur illam, revertetur.* Veritas hodie adeo vilipenditur, ut à quibusdam ei præponatur falsitas, ab aliis præponatur ei vanitas, & ab aliis ipsa umbra vel pictura veritatis. Veritati falsitatem præponunt, homines inconsiderate loquentes qui tota die volunt esse in verbis, & ideo multoties mentiuntur. Bernardus in sermonibus: *Quid ni periclitetur castitas in deliciis, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam?* Vanitatem præponunt veritati amatores temporalium istorum quæ vana sunt, eo quod non dant plenitudinem cordi possidentis, nec fulcimentum innitenti, nec fructum expectatum circa ea laboranti. In Psalm. *Ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* Umbram & picturam præponunt veritati hypocritæ, qui apparentiam sanctitatis ipsi sanctitati præponunt. Veritas quæ sic modo contemnitur invalescet, & in futuro amatores suos liberabit, & hostes condemnabit. Joan. 8. *Vos cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* 2. Esdræ 4. *Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in secula seculorum.* Sicut se habet denarius falsus ad verum: sic se habet homo mendax ad hominem veracem. Unde quum homines multum dolcant & offendantur si unus de eorum servientibus recepit eis unum falsum denarium pro bono, mirum est quomodo non multum dolent quum falsitatem in seipsis deprehendant. Viliores se videntur habere quam unum denarium. Et notandum quod veritatem habere debemus quantum ad omnes. Nulli enim mentiri debemus, ut ostendit August. in libr. de doctr. Christ. dicens: *Omnis qui mentitur, inique facit.* Nemo enim mentiens in eo quod mentitur servat fidem. Nam hoc utique vult, ut cui mentitur fidem

21 Μὴ δὲ μάτρω εἰδῶλα σέβει· τὴν δ' ἀφ' αἰῶν αἰεὶ.

Neque frustra simulacra colas : sed immortalem  
semper

Πρῶτα

fidem sibi habeat, quam tamen mentiendo ei non servat: omnis autem fidei violator, iniquus est. *Idem.*

21 Μὴ δὲ μάτρω &c.] Notandum ergo, quod latria est summæ venerationis cultus soli Deo exhibendus. Vel latria est voluntaria professio divinæ majestatis: Idololatria vero est cultus Deo debitus creaturæ exhibitus. Et dicitur quasi Idololatria: non quia iste cultus semper idolo exhibeatur, sed quia frequenter, vel quia idolo primo est exhibitus. Et notandum, quod idolum quandoque dicitur lignum, vel alia res sic figurata; quandoque vero dicitur conjunctum ex imagine & dæmone præsidente. Et sic sumitur 1 Corinthiorum 7. ubi dicit Apostolus, quod nihil est idolum in mundo. Illud enim, quod putabant esse idolum, personam scilicet subsistentem ex simulachro & spiritu præsidente, nihil erat. Item notandum, quod inter idola gentilium quædam imagines erant tantum ad memoriam & representationem aliquorum, in quibus nihil numinis esse credebarur: aliæ vero erant, quæ credebantur esse habitacula Deorum, id est, dæmoniorum: Omnes enim Dii gentium dæmonia: in quibus dæmones decipiebant homines dantes eis responsa, ac si in ipsis habitarent, induciti ad hoc sacrificiis & honoribus, quæ eis exhibebantur. In quibusdam etiam imaginibus credebant gentiles aliquam virtutem esse infusam, eo quod sub certis horis funderentur, vel sculperentur, vel fabricarentur: sicut Mathematici mentuntur, homines trahere mores ex hoc, quod tali hora, vel tali nascuntur. Similis error invenitur in quibusdam vetulis nomi-

ne Christianis, quæ dicunt imagines Sexaginta annos à factione sua virtutem sortiri, & de cætero habere eam. Imagines prædictas, quas non credebant solum esse imagines, vocavit Mercurius Deos factitios, scribens librum de Deo Deorum. Proavi, inquit, nostri invenerunt artem, qua Deos efficerent: & quoniam animas facere non poterant, invocantes animas Deorum, eas iudiderunt imaginibus factis. Possumus autem octo rationes seu causas ostendere, quibus idololatria vel inducitur, vel augmentata. Una causa fuit dolor nimius de amissione alicujus amici. Pater enim amisso filio nimium dolens, imaginem filii fieri fecit, ut ei esset quælecunque solatium: Unde Sapiens. 14. *Acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem:* ac illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra & sacrificia. Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est. Hanc primam causam idololatriæ ostendit Greg. super illud Luc. 11. *In Beelzebub principe dæmoniorum.* &c. dicens: Ninus rex Ninive Belo patre suo mortuo statuam fecit, quam summa reverentia honoravit, ita ut etiam reis ad eum fugientibus parceret: unde progressu temporis homines cœperunt eam venerari ut Deum, & multiplicare: & quidam vocaverunt Bel, alii Baal, alii Baalim, alii Beelzebub secundum varietatem linguarum. Alia causa fuit vesana superbia principum, qui non attendentes infirmitatem suam voverunt se ut Deos honorari, ut Nabuchodonosor, qui præcepit

Holo.

Holoferni principi militiæ suæ, ut omnes Deos terræ exterminaret, ut ipse solus Deus diceretur ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari Judith 2. Principes superbi imagines suas faciebant adorari ab his, qui erant subjugati ab eis. Unde Sapient. 14. Tyrannorum imperio colebantur figmenta: & hos, quos palam homines honorare non poterant, propter hoc, quod longe essent, è longinquo figuram illorum allatam, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt, ut illum, qui aberat, tanquam præsentem colerent. Alioqui etiam ut divina stirpe nati viderentur, divinos honores parentibus detulerunt, deferrique iusserunt: ut dicit Gloss. super 14. Sapient. Tertia causa fuit adulatio, seu desiderium, quod habebant minores acquirendi gratiam majorum Sapient. 14. *Affectui aut regibus deservientes homines incommutabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.* Per hoc, quod dicitur affectui, tangitur prima causa jam habita: per hoc, quod dicitur regibus, tertia causa, de qua etiam dicit gloss. Per populos & regiones parva sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt. Augustinus in libro decimo de Culto divino, quæ honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulatione pestifera. Quarta causa fuit amor reipublicæ. Unde dicit Glossa ibidem. Alio loco dicit Cicero, quod in plerisque civitatibus acquirendæ virtutis gratia, ut libentius gratia Reipublicæ periculum adirent, optimos quosque viros fortium honore Deorum immortalium esse consecratos: hinc Romani Cæsares suos consecraverunt, & Mauri suos Reges. Quinta decor vel operis humani, vel alterius creaturæ. De primo Sapient. 14. *Multitudo hominum adducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam honoratus fuerat, nunc Deum existimaverunt.* De secundo Sapient. 13. quando locutus est de stellis,

sole, & luna, subditur: *quorum si specie delectari Deos putaverunt, sciant, quanto his dominator eorum speciosior est.* Sexta, potentia, quam crediderunt supereminere in his, quos Deos putaverunt, ut dæmones crediderunt potestatem habere in homines, & res humanas, & etiam in elementa. Cujus erroris occasio fuit, quod credebant dæmones sanare læsiones corporum, dum ab eis cessabant. Credebant etiam eos sedare mundi turbationes, dum eas facere cessabant. Credebant etiam eos prænoscere futura, quia prædicabant eis mala, quæ Dei permissione ipsi erant illaturi hominibus, & malorum cessationes, quod non erat mirum. Item alia causa hujus erroris fuit, quod facere videbantur quædam opera, quæ verè naturalia erant; sed imperitis videbantur esse supra naturam. Tale opus est subita generatio ranarum, & pediculorum, & vermium, in quibus natura operatur. Dæmonibus tamen procurantibus, quod hæc citius fiant, conjungendo vel commiscendo ipsas naturas rerum, & addendo aliqua semina, quæ semina naturam adeo adjuvant, quod opus tardum acceleratur: ita quod creditur non esse opus naturæ, quæ tardius operari consuevit: sicut factum est in signis, quæ facta sunt à magis Pharaonis. Septima cæca cupiditas hominum, qui tantum sunt curiosi sciendi, vel cupidi aliqua acquirendi, ut scipfos vendant dæmonibus, ut cupiditatem suam possint adimplere. Octava voluptas & lascivia, quæ erant in festis idolorum: vacabant enim idololatræ deliciis & ludis, quæ multum alliciebant homines ad idololatriam. 1 Cor. 10. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Et notandum multas esse species idololatriæ. Quædam est cultus dæmonum; alia, luminum, ut solis & lunæ vel stellarum: tertia, elementorum: quarta, hominum: quinta, animalium irrationalium: sexta, imaginum vel alterius operis humani: septima, temporis vel partium ejus. Est etiam

idololatria aliarum rerum. Et notandum, quod idololatria idco peccatum magnum est, quia Deo honorem suum aufert, & creaturæ, cujus non est, confert, & æquat creaturam creatori. Si pro modico furto, vel rapina, quam aliquis facit homini, meretur exilium, vel mortem, vel aliam magnam poenam, quanta poena dignus est, qui divinum honorem Deo surripit? Duplex autem rapina est in peccato idololatriæ: Una ejus, qui honorem Dei Deo aufert, & alii offert: Alia ejus, qui honorem divinum sibi oblatum suscipit. *Idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis.* Sap. 14. Gloss. Cum enim mens à creatore se avertit, omnibus implicatur sceleribus. Aggravatur autem peccatum idololatriæ ex vilitate rei, in quam transfertur honor divinus. Majus enim peccatum est, cum honor ille transfertur in quadrupedes aut reptilia, quam quando in homines: & quando in imagines hominum, aut animalium, quam quando in homines vel animalia. Rom. 1. *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.* Gloss. Ambr. Quanta est stulticia eorum, apud quos plus potest imago quam veritas, & potiores sunt mortui quam vivi? Psa. 105. *Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.* Tanto magis contumeliosum est Deo, quanto vilior est creatura, quæ ei æquatur, & magis contra rationem est. Contumelia etiam fit humanæ naturæ, quando creaturæ inferiori se subdit. Refert August. in lib. de vera religione, quod Socrates occisus fuit, quia noluit adorare idola, quia erant tantum opus hominis, & dixit se prius adorare canem, qui erat opus naturæ, cum causâ nobilior sit suo effectu. Multum est contra rationem, quod homo adoret opera manuum suarum. Illa species idololatriæ, qua homo adorat creaturam, se manifeste inferiorem homine reddit, infelicem, & ma-

ledictum & derisione dignum. De primo Sapient. 13. Postquam præmissum est de sole, & luna, & stellis, quæ aliqui rectores orbis terrarum & Deos putaverunt, subditur: *Sed in his adhuc minor est querela.* Et paulo post: *Infelices autem sunt & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum.* De secundo Deuter. 27. *Maledictus homo, qui facit sculptile & conflatile abominationem Domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito.* Sapient. 4. *Per manus autem quod sit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud.* De tertio Hierem. 10. *Non est spiritus in eis, vana sunt, & opus visu dignum.* Irrisione digni ostenduntur, qui sunt in hoc genere idololatriæ, Sap. 13. ubi sic legitur: *Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem invocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest.* Et Esa. 44. *Meditatem ejus combussi igne, & dereliquo ejus idolum faciam: ante truncum ligni procedam, pars ejus cinis est.* Quibus verbis vilitas materiæ ostenditur, ex qua fit idolum & vilitas materiæ, in quam redigitur. De materia eadem habes Baruch 6. *Subtrahunt ab eis sacerdotes aurum & argentum: dant autem & ex ipso profuturis, & meretrices ornant.* Item: *Quum receperint illud à meretricibus, ornant Deos suos.* Et subditur ibi multum de vilitate & impotentia idolorum: *Hi (inquint) non liberabuntur ab ærugine & tineâ. Item: Habet in manu gladium & securim, se autem de bello & latronibus non liberat.* Item: *Oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.* Et paulo post: *Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt.* Item: *Nigrae sunt facies eorum à fumo, qui in domo sit.* *Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ & hirundines.* Item: *Sine pedibus in humeris portantur ostentantes ignobilitatem suam hominibus.* Mirum erit: si idola

Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ<sup>22</sup> σέο γονῆας.

Primum deum reverere, deinde vero tuos parentes

<sup>23</sup> Πάτερ

si idola juvare possunt, quum nec preces auxilio indigentium possint audire, nec defectum eorum intelligere. Unde subditur in Bar. *Quum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui, quasi possint sentire, qui non habent morum.* Psal. 1. 5. *Os habent & non loquentur, &c.* Et Baruch. eodem cap. 3. *Quum supervenerit illis praelium & mala, cogitant sacerdotes, ubi se abscondant cum illis. Idem.*

22 Σέο γονῆας] Possumus etiam utri ad excitandum homines ut parentes honorent, verbis sacrae scripturae quae suadent hoc, & quae indicant quantum hoc placeat Deo, & quam utile sit homini, & quantum oppositum displiceat Deo, & quantum noceat homini. Ad quae pertinent verba ista quae sequuntur Eccl. 4. *Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas cum in tua virtute.* Ibidem sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam. Ibidem: *Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis, & in die orationis suae exaudietur.* Item ibidem: *Qui honorat patrem suum: vita vivet longiore.* Item: *Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio.* & post: *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Unde ibi gl. Cham nuditatem patris irrisit, & semen suum in servitutem perpetuam damnavit. Absalom David de regno expulit, & concubinas ejus incestavit, sed morte condignas poenas luit.

Elisaei calvitium pueri Bethel irriserunt, & duo ursi X L. ex eis laceraverunt. Primum habemus Genes. 9. secundum 2 Reg. 18. tertium 4 Reg. 2. Item Eccl. 3. *Eleemosyna patris non erit in oblivione.* Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum: pro peccato vocatur illud quod datur pro deletione peccatorum, & subditur: *In die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.* Item Ibidem: *Quam male fama est qui relinquit patrem & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.* & Prov. 19. *Qui affligit patrem, & fugit matrem: ignominiosus erit & infelix.* Item Prov. 28. *Qui subtrahit aliquid a patre suo vel matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidii est.* Eccl. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuae ne obliviscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi.* Exod. 21. *Si quis percusserit patrem vel matrem, morte moriatur.* Lev. 20. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Deut. 28. *Maledictus qui non honorat patrem suum, aut matrem.* Tob. 4. *Honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae tuae. Memor enim esse debes quae & quanta passa sit pericula propter te in utero suo.* Prov. 29. *Qui maledixerit patri suo aut matri, extinguetur lumen ejus in medijs tenebris: id est, morietur in suis peccatis.* Ad Coloss. 3. *Fili, obedite parentibus per omnia. Basilus: Parentes nostros ut propria viscera diligamus. Idem.*

23 Πάτερ

23 Πάντα δίκαια νέμειν, μηδ' εἰς κλίσην ἀδίκων ἔλθῃς.

Omnibus justa tribue, nec in iudicium iniustum venias.

Μη

23 Πάντα δίκαια &c.) Justitiam commendat natura, commendat & scriptura. Natura tripliciter. Primo, quia reſtituendo quam dedit corpori humano monet ad reſtitutionem juſtitia. Eccleſ. 7. *Hoc inveni quod fecerit Deus hominem reſtuum.* Barnard. ſuper Cantic. *Reſtus Dominus Deus noſter, & non eſt inquietas in eo.* Reſtus itaque Dominus hominem reſtuum fecit. Idem: Staturam dedit Deus homini reſtā, forſitan ut iſta corporea reſtitudo exterioris viliorisſque figmenti, hominem illum interiore qui ad imaginem Dei factus eſt ſpiritalis, ſuæ ſervandæ reſtitutionis admoneret, decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curvum reſto corpore gerere animum? Secundo, quia ea quæ ſunt juſtitia pro magna parte naturaliter in corde hominis ſcripta ſunt. Auguſt. in lib. Confel. Furum certe puniſt lex tua Domine, & lex ſcripta in corde hominum, quam nec ipſa quidem delet iniquitas, quis enim fur æquo animo furem patitur? Tullius in 1. Rhetoricæ. Juſtitia inſitum eſt à natura profectum, deinde quædam in conſuetudinem ex utilitatis ratione venerunt, poſtea res & à natura profectas, & à conſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit. Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit: ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem. Seneca in epistolis. Hæc ſocietas diligenter & ſancitè nobis obſervanda eſt, quæ nos omnes omnibus miſcet, & iudicat aliquod eſſe commune ius generis humani. Tertio, quia natura docet etiam bruta

animalia multa eorum quæ ad juſtitiam pertinent, ut innocentiam, concordiam, pietatem ad animalia ſui generis. Scriptura etiam multis modis juſtitiam nobis commendat. Primo, multum ad eam monendo. In Pfalm. *Sacrificate ſacrificium juſtitia.* Sapient. 1. *Diligite juſtitiam qui iudicatis terram.* Eccleſ. 3. *Uſque ad mortem certa pro juſtitia.* Ejuſdem 3. *Anſe obitum operare juſtitiam.* Idem 18. *Anſe iudicium para juſtitiam.* Ezech. 45. *Rapinas intermitte & iudicium, & juſtitiam facite.* 1 Timoth. 6. *Homo Dei ſectare juſtitiam.* Secundo oſtendendo eos eſſe beatos qui juſtitiam eſuriunt. Matth. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam.* Tertio, beatos oſtendendo qui aliquid pro juſtitia patiuntur. Matth. 5. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam &c.* Et 1 Petr. 3. *Si quid patimini, propter juſtitiam, beati.* Item ad commendationem juſtitia hoc facit, quod hæc virtus multum Deo eſt grata, & homini multum neceſſaria. Primum in multis locis oſtendit ſcriptura. In Pfalm. *Juſtus Dominus, & juſtitias dilexit.* Item: *Acceptabis ſacrificium juſtitia.* Prov. 15. *Qui ſequitur juſtitiam, diligetur à Domino.* Ejuſdem 16. *Inſitum vitæ bone facere juſtitiam: accepta autem apud Deum magis quam immolare hoſtias.* Act. 10. *In omni gente que timet Deum & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi.* E contrario iniuſtitia multum diſplicet ei, unde Deut. 25. poſt illud: *Non habebis in ſacco diverſa pondera &c.* ſubditur: *Abominatur eum Dominus qui facit hæc, & adverſatur omnem iniuſtitiam.* Juſtitia expreſſe nominatur inter illa quatuor quibus utilius nihil eſt

Μὴ πῖψης πένιλω ἀδικῶς<sup>24</sup> μὴ κέινε ὡροσώπω.

Ne abjicias paupertatem, injuste nec judices ex persona.

Hv

in vita hominibus. Sapient. 8. *Ipsa adeo necessaria est, ut nec etiam latrones omnino ea carere possint.* Tullius in lib. de Offic. Tanta est vis justitiæ, ut nec illi quidem quæ maleficio & scelere pascuntur, sine ulla justitiæ particula vivere possint. Justitia adeo utilis est, ut nihil utile reputetur, quo ipsa amittitur. Unde super illud Psal. *Rapinas nolite concupiscere*, dicit Gloss. *O lucra damnosa, invenis pecuniam, perdis justitiam.* Justitia adeo utilis est, ut cum ea utilia sint quæ maxime noxia videntur: ut mors. Num. 23. *Moriatur anima mea morte justorum.* Justitia non solum est homini necessaria in vita, sed etiam in morte: non solum in præsentī, sed etiam in futuro. Justitia in præsentī vita à malo pœnæ custodit. Daniel. 6. *Conclussit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo justitia inventa est in me.* Temporalia bona tribuit. Proverb. 13. *Justitia elevat egenem* Eccles. 20. *Qui operatur justitiam, ipse exaltabitur.* E contrario dicitur in Psal. de quibusdam; *Propter injustitias enim suas humiliati sunt.* Et Eccles. 10. *Regnum à gente transfertur in gentem propter injustitias &c.* Item à malo culpæ defendit propter quod lorica dicitur, ad Ephes. 6. *Stare*, inquit, *induti loriceam justitiæ.* Item appetitum boni transitorii restringit, ideo vocatur zona. Eccl. 45. *Circumcinxit Aaron zona justitiæ.* Et Esa. 11. *Et erit justitia cingulum lumborum ejus.* Item justitia homini pacem dat, & sic Deo in homine locum præparat. *In pace enim factus est locus ejus.* In Psal. *Justitia & pax osculata sunt.* Esa. 32. *Erit opus justitiæ pax.* In Psal. *Justitia ante eum ambulabit.* Item; *Justitia & judicium præparatio sedis tue.* Justitia

necessaria est in morte: quia *vivum injustum mala capient in interitu*, ut dicitur in Psal. E contrario vero sperat justus in morte sua. Prov. 14. *Justitia in futuro necessaria est, & maxime in illo districto judicio in quo justitia Dei judicabit, quæ justitiam condemnare non poterit.* Gen. 30. *Respondet mihi cras justitia mea.* Prov. 10. *Nihil proderunt thesauri impietatis, justitia vero liberabit à morte.* Difficile erit homini habenti justitiam, imo intolerabili, apparere tunc coram Dei justitia. Psal. *Ego in justitia apparebo in conspectu tuo.* Idem: *Non permanebunt injusti ante oculos tuos.* Item: *Injusti punientur.* Item: *Injusti autem disperibunt.* Ad commendationem justitiæ etiam valere potest præminuentia quam ipsa habet respectu aliarum cardinalium virtutum. In ipsa ut ait Tullius, maximus est splendor honestatis. Et Plato dicit de ea, quod si ipsa conspiceretur, miros spectantibus sapientiæ excitaret amores. Justitia finis videtur esse aliarum cardinalium virtutum. Unde propinqua videtur esse mercedi salutis & coronæ quæ specialiter & in scriptura sacra attribuantur. In Ps. *Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam.* Item: *Tu benedices justo.* Prov. 10. *Benedictio Domini super caput justii.* Ejustidem 11. *Seminanti justitiam merces fidelis.* Item. 12. *In semita justitiæ vita.* Sap. 1. *Justitia perpetua est & immortalis: injustitia autem mortis acquisitio.* Eccles. 30. *Salus animæ in sanctitate justitiæ.* 2. ad Timoth. 4. *Reposita est mihi corona justitiæ.* Idem.

<sup>24</sup> Μὴ κέινε ὡροσώπω] Τὸ δ', ὁ φίλος, μήτ' ἐμὲ, Μόρταν, Ἐν γὰρ ἐκείνῳ κέινε, μήτ' ἔτι γὰρ τῶν δίκων. Theocr. Idyll. 5. Νεὴ Μόρταν

Ἡν οὐ κακῶς δικάσῃς, μετέπειτα θεὸς σε δικάσῃ.  
 25 Μαρτυρεῖτω ψευδῆ φάσαι τὰ δίκαια δὲ ἀγο-  
 ρῶσαι.

Si tu male judicaveris, postea deus te judicabit.  
 Testimonium falsum fuge, & justa profer.

Παρ-

Μέσων μήτε Κομίζω τὸ πλεον ἰθαυτός, μήτ' ἂν τὴν γὰρ τὰς δὲ χαλεπῶν. Id. ibid. Ἐς μέσων ἀμφοτέροισι (sc. δικαιοσύνη) μεσαλαβήσαστε τὴν προνομίαν ἢ τὴν δίκην. Hesych. Ἐς μέσων δικάζων, est ex aequo judicare inter duos litigantes, in neutram partem inclinando. Judex enim, ut justitia, quasi in medio sedet inter duo extrema. Ζητῶσι δικάζων μέσων, ἢ καλῶσιν ἔτιοι μεσδίκας, ὡς ἐάν τ' ἴσως τυχῶσιν, Ἐ δίκαιος τὸ δίκοντοί: μέσων ἀποκτὴ τὸ δίκαιον, εἰσὶν ἢ ὁ δικαστής. Aristot. Eth. l. 5. c. 4. Quid est, Deus in medio est? Hoc significat, quod æquus est omnibus Deus, & personas non accipit. Quo modo ergo illud quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines, ita Deus medius esse dicitur, æqualiter omnibus consulens. Augustin. in Psalm. 46. du Portus.

35 Μαρτυρεῖτω ψευδῆ &c.] Ad detestationem vero falsi testimonii aliqua addere possumus, licet ea quæ prius dicta sunt ad detestationem mendacii, ad idem possint referri. Notandum ergo quod contra peccatum falsi testimonii. Primo possunt valere verba sacræ scripturæ quæ istud dissuadent: ut est illud Exod. 22. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Et ejusdem. 2. Non jurges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium. Secundo possunt valere ad idem comminationes, quas sacra scriptura facit falsis testibus: ut est illud Proverb. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. & Prov. 21. Testis mendax peri-

bit. Tertium est hoc quod peccatum multum nocivum est. Nocet enim Deo: nocet judici, nocet ei contra quem testimonium fertur. Unde Aug. Falsus testis tribus personis est obnoxius. Primum Deo, cujus præsentiam contemnit. Deinde judici quem mentiendò fallit. Proxtremo innocenti, quem falso testimonio lædit. unde falsus testis licet septennem pœnitentiam egerit de falso testimonio, nondum tamen liberatus est, donec ipsi satis fecerit pro posse suo, qui rem suam pro falso testimonio amisit. Testis iniquus deridet judicium: ut legitur Prov. 19. & ideo in extremo judicio merito deridebitur: quia, per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. Sap. 11. Quartum est hoc, quod ipse vendit Dominum. unde super illud Matth. 26. Tunc abiit Judas, &c. dicit gloss. Multi hodie sunt qui factum Judæ execrantur, & idem faciunt: nam cum pro munere falsum testimonium dicunt, quia veritatem negant, Deum, qui veritas est, vendunt. Et notandum quod qui vult à peccato mendacii cavere, oportet quod peccatum cupiditatis à se repellat: ex peccato enim cupiditatis mendacia procedunt, ut patet in mercatoribus. Unde Cain qui inter homines primus legitur mendacium dixisse Gen. 4. Nescio Domine nunquid custos fratris mei sum? &c. interpretatur possessio. Cupiditas etiam causa fuit quod Ananias & Sapphira Petro mentiti sunt. Timorem etiam hu-

dd 3 manura

Παρθενίλω πρεῖν· <sup>26</sup> ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.

Virginitatem custodi, dilectionemque erga omnes observa.

Μέτρος

manum oportet removere, qui vult cavere à mendacio. Hac de causâ Petrus Dominum negavit. *Peraldus.*

<sup>26</sup> *ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν*] Ad commendationem Charitatis primo valere potest hoc, quod Spiritus sanctus in Scriptura sacra toties monet ad ea, quæ charitatis sunt. 1 Cor. 14. *Seclaminî charitatem.* Et eisdem 16. *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Eph. 3. *In charitate radicati & fundati.* Eisd. 4. *In charitate crescemus.* Item 5. *Ambulate in dilectione.* Philip. 1. *Oro, ut charitas vestra magis abundet.* Coloss. 3. *Super omnia charitatem habentes.* 1 Pet. 4. *Ante omnia mutua in vobismetipsis continuam charitatem habentes.* Secundo commendabilis est comparatione cæterarum virtutum. Ad quod pertinet illud 1 Corinthiorum 13. *Major autem est charitas.* August. Respice ad munera Ecclesiæ, & univèrsis excellentius charitatis munus cognosces. Ideo oleo charitas comparatur, quod supereminet aliis liquoribus: sic charitas superexcellit aliis virtutibus. Propter eandem causam charitas aurum dicitur, quod inter metalla pretiosius est. Apocalyp. 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignium & probatum, ut locuples sis.* Huic auro comparando intendere debent in mundanis hujus mundi hi, quibus dictum est Luc. 19. *Negotiamini, dum venio.* Nec solum aurum est charitas; sed etiam aurea redditæ, quæ contingit. Et hæc est una virtus charitatis, quod plumbea efficit aurea. Opera enim de genere honorum sine charitate facta quasi plumbea sunt, parvi scilicet, vel nullius valoris: facta vero ex charitate quasi aurea

sunt, quia pretiosa valde. 3 Reg. 6. *Nil erat in templo, quod non auro tegeretur.* Opera ex charitate facta sunt quasi vestis deaurata, qua Ecclesia ornatur. In Psalm: *Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.* Propter eandem excellentiam dicitur etiam charitas ignis. Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram.* Ideo Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descendit, ut in cordibus hominum ignem itum succenderent: unde Bernardus: *Venit super discipulos Spiritus sanctus in linguis igneis, ut linguis omnium gentium verba ignea loquerentur, & legem igneam linguæ igneæ prædicarent.* Thren. *De excelso misi ignem in ossib. meis, & erudit me.* Ignis inter elementa virtuosior est cæteris virtutibus. Hier. *Qui perfecte amatur, totam sibi undique amantis vendicat voluntatem, nihilque est imperiosius charitate,* 2 Corinthiorum 5. *Charitas Christi urget nos.* Ignis ferrum quasi ignem efficit: sic charitas eos, in quibus est, ut ignem efficit. Eccl. 48. *Surrexit Elias propheta sicut ignis & verbum ejus quasi facula ardebat.* Nescit ignis esse otiosus: sic secundum verbum Greg. amor Dei nunquam est otiosus, operatur enim magna, si est, si autem operari renuit, amor non est. Ignis charitatis est illuminans & splendens, & ad splendorem æternum perducingens. Greg. in Moral. *Non clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, nisi (ut ita dixerim) hic prius arserit in officina charitatis.* Hic est ignis ille, quo spiritus angelici ardent. Ignis iste in cinerem humilitatis redigerit. In hunc cinerem redegerat illum, qui dicebat

Gen.

Genes. 18. *Loquor ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Carbo ignitus cum mortuis carbonib. positus aut extinguitur, aut eos vivificat. Sic viri sancti igne charitatis succensu morti se exposuerunt, ut mortuos in peccatis vivificarent. Ignis tendit sursum; sic illi, qui vehementer accensi sunt igne charitatis, cupiunt dissolvi & esse cum Christo. Phil. 1. & mortem habent in desiderio, & vitam in patientia. Charitas est ignis, quo Apostoli suaviter asferunt, ut ait Greg. ipsa est speciale donum Dei, qui & ignis dicitur Deuteronom. 4. Hebr. 13. *Deus noster ignis consumens est.* Greg. in Homil. Deus ignis consumens dicitur, qui flammis suis amoris incendit mentes, quas impleverit, & à vitiorum sordibus mundas reddit, & peccatorum rubiginem consumit. Bern. super Cant. Ignis, qui Deus est, consumit quidem, sed non affligit, ardet suaviter, desolatur feliciter. Est enim vere carbo desolatorius sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, ut in anima exhibeat vicem unctionis. Greg. in Homil. loquens de illo verbo Luc. 7. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quid esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpam, nisi rubiginem? Tanto amplius rubigo peccati consumitur, quanto peccatoris cor majori charitatis igne concrematur. Charitas etiam est mater omnium virtutum, ut ait glossa Ambrosii super illud Rom. 14. *Unusquisque in suo sensu abundet.* Mater inquam educatione, imo ipsa ad omnes se habet ut mater. Bernh. Bona mater charitas, quæ sive fovet infirmos, sive exerceat profectos, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibent sicut filios diligit universos. Cum te arguit, mitis est: cum blanditur, simplex est. Pie solet sævire, sine dolo mulcere, patienter novit irasci, humiliter indignari. Ipsa est, quæ hominum mater & angelorum, non solum, quæ in terris, sed etiam, quæ in cælis sunt, pacificavit. Ipsa est, quæ

Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit. Charitas patiens est, benigna est, licet læsa, licet offensa si conversus fueris ad illam, obviabit tibi quasi mater honorificata. Item charitas enumeratur prima inter fructus Spiritus sancti Galat. 5. *Fructus (inquit) Spiritus charitatis, &c.* Ibi dicit Gloss. Aug. Caput virtutum præmii, vocans charitatem caput virtutum. Ibi etiam dicit gloss. Hier. Quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua ceteræ virtutes non reputabuntur esse virtutes; Vere primus fructus charitatis: antequam enim ipse addit, nullus fructus est Deo gratus. Osee 9. *Radix exsiccata est, fructum nequaquam facient.* Radix exsiccata est cupiditas, quam Apostolus dicit radicem malorum omnium. 1 Tim. 6. Ubi vero charitas est, ibi multus fructus. Joan. 15. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui manet in charitate, in Deo manet.* 1 Joan. 4. Item charitas est primum bonum animæ. Primum enim bonum animæ est, Deo adherere: Deo autem adherere non valeamus, nisi dilectione, ut ait Aug. in libr. de moribus ecclesiæ, & in libr. Confes. Mihi autem adherere Deo bonum est: quia si non manebo in illo, nec in me potero. Ubi charitas non est, potest esse species boni sed non verum bonum. August. Dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil profunt. Sen. Apud sapientes sunt honesta, apud vulgus simulacra rerum honestarum. Ubi charitas adest, nihil est malum. Eccl. 3. *Qui custodit mandatum, non experietur quidquam mali.* Quod de mandato dilectionis specialiter verum est. Aug. Ubi charitas, quid est, quod possit obesse? Ubi non est, quid est, quod possit prodesse? Item charitas est gratia gratiarum. Aliæ virtutes sine ea gratie non sunt, & quia gratis non operantur: Justitia enim reddit debitum; amor redimit incommodum, quod imminet; spes emit commodum, quod obtinere inten-

i. tendit. Et quia non sufficiunt animam Deo reddere gratam, vel etiam sua propria opera absque charitate Deo grata facere non possunt. Charitas vero gratis operatur. Bern. super Cant. Purus amor mercenarius non est, purus amor de spe vires non sumit, & tamen differentia damna non sentit. Charitas etiam animam Deo reddit gratam, & sua propria opera, & ceteras virtutes & opera etiam eorum, si à charitate fuerint imperata. Ipsa n. imperatrix est inter virtutes, & quæ imperantur ab ipsa, Deo grata sunt, & à se reputat imperata. Item charitas locus luminis est. 1. Joan. 2. *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet.* Amor mundi exæcat, sed amor Dei illuminat. Extra charitatem tenebræ sunt. Unde ibidem dicitur: *Qui odit fratrem suum, in tenebris est: ubi autem tenebræ sunt, ibi non est verum gaudium.* Tob. 5. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo?* Item charitas est locus securitatis & gaudii, Bernard. Deus charitas est: quid pretiosius? Et qui manet in charitate, in Deo manet: quid securius? Et Deus in eo: quid jucundius? Aug. Deus charitas est, brevis laus, & magna laus. Brevis in sermone, & magna intellectu. Si numeras, unum est: si appendas, quantum est, Deus dilectio est. Item dulcius dilectione nihil est. Aug. Dilectio dulce verbum, sed dulcius: cum amor sit causa omnis jucunditatis: sine amore enim nihil jucundum. Charitas, quæ est amor summi boni, magnam habet jucunditatem. Unde inter fructus spiritus statim post charitatem enumeratur gaudium. Quomodo sine gaudio potest esse, quod Deus ametur debito modo, cum ipse præsens sit, ubi sic amatur. Præsentia enim boni amari jucunda est. August. in epistola ad Macedonium: Tanto nobis melius est quanto magis in illum imus, quo nihil melius. Imus autem non ambulando, sed amando: quem tanto habemus præsentiorum, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poteri-

mus habere puriorem. Idem super epistola Joan. Homil. 10. Quid tibi jubet Deus? dilige me: amaturus es honorem & forte non perventurus. Quis me amavit, & non ad me pervenit? quisquis me querit, cum ipso sum; non ad me ambitur per aliquam viam. Ipse amor tibi præsentem me facit. Greg. in Moralibus; *Qui mente integra Deum desiderat, profecto jam habet, quem amat: neque enim quisquam posset Deum diligere, si hunc, quem diligit, non haberet.* Charitas locus est veræ quietis. Aug. Non potest anima nisi in eo, quod diligit, requiescere. Æterna autem requies non datur ei, nisi in dilectione Dei, qui solus æternus est: & ipsa est perfecta sanctificatio, & sabbatum sabbathorum. Charitas etiam vita est. 1. Joan. 3. *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Sine charitate nihil vivit vita gratæ, sed omnia sunt mortua, omnia arida 1. Joan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Et super 1. ad Cor. 3. dicit gloss. Sicut corpus sine anima mortuum est: sic anima sine charitate mortua deputabitur. Charitas est calor vitalis quo extincto nihil spiritualis vitæ relinquitur. Prosper de vita contemplativa dicit, quod charitas est vita virtutum. Ipsa etiam est mors vitiorum. Sicut enim fuit cera à facie ignis, sic per eunt vitia à facie charitatis. Cant. ult. *Fortis est, ut mors dilectio.* Qui videtur esse magni valoris in seculo, charitatem non habet quasi leo mortuus, aut nullius valoris est. Eccl. 9. *Melior est canis vivus leone mortuo.* 1. Cor. 13. *Si habuero prophetiam, &c. charitatem autem non habuerò nihil sum.* Nihil, inquam, valore. Charitas etiam est vita operum. Gregor. Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi maneat in radice charitatis. Item charitatem habens ditissimus est. August. Attende quanta est charitas: quæ si desit, frustra habentur cetera: si autem adsit; habentur omnia vel in se, vel in aliis. Idem in quodam sermone de chari-

Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δὲ Ἰπὶ μέτρον ἀ-  
 πασι.

Mensuras dato justas : bonus vero est modus in  
 omnibus,

ΣΤΑ-

charitate? Charitas est dulce & salubre vin-  
 culum mentium, sine qua dives pauper  
 est, & cum, qua pauper dives est. Quatuor  
 de causis dives est, qui habet charitatem:  
 Primo, quia ipsa charitas thesaurus est ca-  
 rissimus, ut non solum cara, sed ipsa cha-  
 ritas expressius possit dici: Sicut de filio Dei  
 dicitur Hebræorum 1. quod sit splendor  
 gloriæ. Et Sap. 7. Candor lucis æternæ. Hic  
 est thesaurus absconditus in agro cordis  
 pro quo emendo universa essent venden-  
 da, Matth. 13. Hunc thesaurum non po-  
 test auferre ianitor mundi, mors scilicet,  
 quum alios auferat. Sine hoc thesauro non  
 alii thesauri. De comparatione hujus the-  
 sauri nullus pœnitebit, quum valorem ejus  
 perfecte agnoscat. Canticor. ultimo: Si  
 dederis homo omnem substantiam domus suæ  
 pro dilectione: quasi nihil despiciet eam.  
 Quanto quis carius emit thesaurum istum,  
 tanto amplius lucratur. Hoc thes-  
 aurum Dei acquiritur. Secundo, quia qui  
 habet charitatem, habet Deum: ideo di-  
 ves est. 1 Joannis 4. Si diligamus invicem,  
 Deus in nobis manet. Augustinus: Aurum  
 habens in arca dives est: Deum habens in  
 conscientia dives est? conjunge aurum &  
 Deum, arcam & conscientiam. Tertio,  
 quia opera ex charitate facta sunt quasi au-  
 rea, cum sint valde pretiosa, regni sci-  
 licet æterni meritoria. Ideo bene monet  
 Apostolus, ut omnia opera nostra in cha-  
 ritate fiant, 1 Cor. 16. Quarto quia cha-  
 ritas aliena bona sua facit. Aug. Vis mer-  
 cedem habere de alieno? gaude inde, &  
 mercedem tibi inde comparasti. August.  
 Pensent invidi, quantum bonum est cha-  
 ritas, quæ sine labore nostro aliena bona

nostra facit. Anima habens charitatem  
 est sicut nobilis avis, quæ pede amoris præ-  
 dam capit. Pes animæ amor est, ut Aug.  
 ait, qui si reclusus est, dicitur charitas, si  
 curvus, dicitur cupiditas. Qui sine cha-  
 ritate sperat se ad regnum cœlorum perve-  
 nire, similis est illi, qui absque pede vult  
 incedere. Hic est pes ille, de quo Josue 1.  
*Omnem locum, quem calcaverit vestigium  
 pedis vestri, tradam vobis.* Charitas par-  
 ticeps est omnium timentium Deum, cu-  
 stodientium mandata ejus. Charitas est  
 communicatio Spiritus sancti: de qua  
 2 Corinthiorum ultimo: quia illi, qui  
 habent Spiritum S. omnia habent com-  
 munita. Ipsa est societas illa, de qua lo-  
 quitur 1 Joan. 1. *Quod vidimus & au-  
 divimus, annuntiamus vobis: ut & vos  
 societatem habeatis nobiscum.* Qui charita-  
 tem non habet, quantum ad Deum ex-  
 communicatus est. 1 Corith. vult. *Si  
 quis non amat Dominum nostrum Jesum  
 Christum, sit anathema.* Gloss. id est, se-  
 paratus à Deo, vel condemnatus. Vita  
 Sanctorum negotiatio est. Matth. 13.  
*Simile est regnum cœlorum homini negotia-  
 tori, &c.* Quicumque charitatem habet,  
 particeps est in omni lucro, quod fit in  
 Ecclesia. Unde charitati potest dici illud  
 Proverbiorum ult. *Multa filie congrega-  
 verunt divitias: tu supergressa es univer-  
 sas.* Antiquum proverbium Socratis fuit:  
 Amicorum omnia esse communia. Unde  
 cum quidam pauper diceretur coram eo  
 amicus cujusdam divitis, ait: Cur ergo  
 iste pauper, ille dives est? Amicus n.  
 non est, qui particeps fortunæ non est.  
 Cor, in quo charitas est, est quasi hor-

Σταθμὸν μὴ κρέειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἔλκειν.  
 27 Μὴ δ' Ἐπιρκήσης, μητ' ἀγνώως, μήτε ἔκοντί,

Trutinam ne pellas in alteram partem, sed æqualem trahas.

Ne pejeraveris, neque ignoranter, neque sponte.

Ψδ'ς-

tus, in quo omnes justi & boni quasi arbores cælestes per amorem infixæ sunt, unde ei fructificant. Quid ergo mirum, si multum habent fructum? Charitas bonum proprium est bonorum, quum cæteræ virtutes communes sint bonis & malis August. Charitas est fons proprius & singularis bonorum. *Idem.*

27 Μὴ δ' ἐπιρκήσης.] Ille qui scienter pejerat, in primo perjurio suo manum illam diabolo dat, qua ipse tangit Evangelium, vel qua tangit manum illius cui jurat: & donec ipse pœniteat de perjurio illo, manus illa diaboli est, & quandounque se manu ista signat, hoc facit: manu diabolica, & cibus, quem manu illa signat, manu diaboli signatur. Secundum est hoc, quia cum alia peccata fugiant, & quasi timeant res sacras, peccatum perjurii non timet eas, sed illis appropinquat. Si quis vult fornicari, si est intra Ecclesiam, ipse exit inde: si est in cœmiterio, ipse exit inde: si propinquus est cœmiterio vel Ecclesiæ, elongat se ab eis. Ille vero qui vult pejerare, intrat Ecclesiam, si ipse erat extra, intrat ad altare & committit peccatum perjurii, quandoque super Evangelium, quandoque super ipsum corpus Christi, quod horrendum est dictum, Mirum est quomodo ipsa terra eum non absorbet, vel quomodo angeli qui assistunt circa corpus Christi eum non perimunt. Ipse etiam diabolus timet res sacras, & quasi reveretur, quod non facit ille qui pejerat. Tertium est hoc, quod

ille qui pejerat, fur & sacrilegus esse videtur. Contrectat enim rem alienam invito Domino, & rem sacram, quia nomen Domini sanctum assumit contra prohibitionem illam Ex. d. 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Quartum est hoc, quod ipse falsarius est. Si quis sigillo alicujus domini sibi commisso ad confirmandam aliquam veritatem, uteretur ad aliud confirmandam, ipse falsarius judicaretur. Sic quum Deus permisisset hominibus ut assument nomen suum ad confirmationem veritatis: si utantur nomine ipsius ad confirmationem falsitatis, ipsi falsarii sunt, & quoad Deum excommunicati excommunicatione illa quæ dicitur 1 ad Corinth. 16. *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, anathema sit.* Quintum est hoc, quod ille qui scienter pejerat, ipse præter mortem aliorum peccatum vult Deum involvere in peccato suo. Cum enim jurare, secundum Augustinum, sit Deum in testem adducere, cum ipse jurat falsum, ipse vult adducere Deum ad testificandum falsum. Talis in quantum in se est, vult majus malum facere Christo, ut videtur, quam ejus crucifixores. Ipsi enim intulerunt Christo tantum malum pœnæ. Ipse vero vult eum involvere in malum culpæ, quod deterius est. Ipse vult facere reputari Deum deceptorem, dum in nomine ejus quasi per manum ejus, vult homines seducere, quod genus peccati non legimus commissum fuisse etiam à diabolo, licet diabolus mendax sit, & pa-

Ἐξ ἀδίκων ἔργων δώρον χειρὶ μήποτε δέξῃ.

Σπέρματα μὴ κλέπτει· ἐπὶ δόσιμ' ὅστις ἔληται,

Perjurum odit Deus, quisquis ille qui juraverit.

Ex injustis operibus donum manu ne unquam suscipias.

Semina ne surripito, execrabilis quisquis abstulerit,

Eis

ter ejus, & per mendacium homines seducat? non tamen legimus quod ipse juramentum mendacio addat, ut melius possit seducere, sicut faciunt illi qui pejerant. Sextum est hoc, quod cum in nomine Jesu flectatur omne genu celestium, terrestrium, & inferorum, ut legitur ad Philipp. 2. Ille qui pejerat, quum in nomine Christi contumeliam Deo faciat, deterior videtur esse illis qui in inferno sunt, qui in nomine ejus genu flectere dicuntur. Septimum est hoc quod cum homo per hæc torqueatur per quæ peccat, & talis in nomine Domini peccet, ipse in nomine Domini merito punietur: ut cum illud invocaverit, non exaudiat, & cum ad illud fugerit, non protegatur, quum aliis hominibus nomen Domini refugium sit juxta illud Prov. 18. *Turris fortissima, nomen Domini, ad ipsam currit justus & salvabitur.* Octavum est hoc, quod perjurium enumeratur inter ea quæ Dominus odit. Zachariæ. 8. ubi sic legitur: *Unusquisque malum contra amicum suum ne cogitatis in cordibus vestris, & jurantium mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.* Nonum est maledictio, quæ est super perjuros, & in præsentem, & in futuro. unde Zach. 5. *Vidi hominem &c.* Et subditur: *Et dixit ad me Dominus: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem*

*omnis terræ: quia omnis fur sicut ibi scriptum est, judicabitur. Et omnis jurans ex hoc similiter judicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus, & consumet eum, & ligna ejus & lapides.* Decimum est hoc, quod peccatum istud replet hominem iniquitate. unde Ecclesiastic. 23. *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga: in fine hujus verbi tangitur poena perjuratorum in præsentem.* Undecimum est hoc, quod perjurus perdit Deum, dum jurat. Perdit etiam justitiam sive fidem suam. Repellitur enim post perjurium à testimonio: claudit etiam sibi ingressum regni celestis. unde in Psalm. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?* Et subditur: *Qui non juravit in dolo proximo suo.* Ibi per contrarium innuitur, quod ille qui jurat in dolo proximo suo, non intret. Duodecimum est hoc, quod Sacra scriptura propter magnum periculum perjury ab eo dissuadet juramentum, quod quibusdam vilum est quod juramentum prohibeat. unde Matt. 5. *Ego autem dico vobis non jurare, neque per caelum, neque per terram, &c. Idem.*

Εἰς ἡμεῶν γενεῶν σκορπισμὸν βίῳτιο.

<sup>28</sup> Μὴτ' ὄστροκοιτεῖν, <sup>29</sup> μὴ συκοφαντεῖν, μήτε φανθεῖν.

In secula seculorum dissipatio erit vitæ.  
Ne cum masculo cubes, nec sycophantam agas,  
nec occidas.

Μισθόν

<sup>28</sup> Μὴτ' ὄστροκοιτεῖν] Malo homines ignorare quid mali hoc verbo significetur: si tamen quispiam scire velit quidnam hoc præcepto prohibeatur, legat D. Paulum ad Rom. cap. 1. v. 27. & Doctifl. D. Housdorffium Theat. Histor. p. m. 564. &c. Galleis.

<sup>29</sup> Συκοφαντεῖν] Græce Συκοφάνται, dicti sunt Athenis, qui ficus aliis surripientes indicarent, teste Festo, vel qui ficus ex urbe exportantes proderent, ut habet Plat. de Curios. à ficuum delatione. Lex enim erat in ea Civitate, Ficus Athenis alio ne importanto, cujus sæpe meminerunt Græci in suis Commentariis: interque eos Interpretes imprimis Comici ad Plautum & alibi, Ister quoque in Atticus &c. Sam. Petitus Comment. in L. L. Atticas lib. 5. tit. 5. Qui igitur contra legem deliquentes ob parvulum lucrum persequebantur, Sycophantæ sunt dicti. Vox dein translata ad denotandos Auscultatores seu Delatores quoscumque, invisissimum hominum genus, qui in Principum inprimis Aulis locum inveniunt, uti supra vidimus, de variis gentibus, Romanis præcipue, in voce Auscultatores. Apud hos enim rabies ista, cum jam ante sensim grassari incepisset, caput tandem sub Tiberio inprimis extulit, teste Suetonio in Tiberio c. 61. ubi ab Imp. decreta accusatoribus præcipua premia, nonnunquam & testibus, neminique delatorum fidem abrogatam, re-

fert: liberrime indignante Seneca de Benef. l. 3. c. 26. Vitellium dein in Mathematicis inprimis deterrendis, aurem illis præbuit, Sueton. in eo 24. summo vero studio eos affectavit Domitianus, dum bona vivorum & mortuorum usquequaque quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: de cujus temporis injuria & nimia apud scelera:um Principem horum hominum libertate, graviter conqueritur Plinius in Panegy. Trajani. De eodem Juvenalis Sat. 1.

— Et post hunc magni delator amici,  
Et cito rapturus de nobilitate comesa  
Quod superest, &c.

Et hæc quidem Tyrannide jam confirmata: Initio vero Principatus fiscales calumnias magna calumniantium poena represent, ferebaturque vox ejus, princeps, qui delatores non castigat, irritat, Sueton. cap. 6. Unde Martialis. lib. Spectac. Epigr. 4.

Turba gravis paci, placidaque inimica  
quieti,

Quæ semper miseræ sollicitabat opes:  
Traducta est Gyaris.

Contra Titus ejusdem frater, flagellatos per arenam egit, Sueton. in eo cap. 8. Eodem Pertinax urbe expulit: Gordianus partim patibulis suffixit; partim exilio multavit. Antoninus Pius, si non probarent objecta crimina, capite multabat; si probarent, oblato præmio infames dimittebat, Jul. Capitol. id est, ex lege Rhemnia

Μισθὸν μοχθήσαντι δίδε· μὴ θλίβει πένητα.

Γλώσσης νοῦν ἐχέμεν· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴχεν.

Ορφανοῖς, χήραις, ἑπιδηρομένοις δὲ πῶδάρα.

Μὴτ' ἀδικεῖν ἐθέλης· μὴτ' ἐν ἀδικουῶτα ἑάσης.

30 Πτωχοῖς οὐδὲ δίδε, μὴτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπης.

Mercedem laboranti da: nec afflige pauperem.

Linguae mentem cohibe, arcanum sermonem in pectore contine.

Pupillis, viduis, indigentibusque largire.

Ne injurius esse velis, nec injuste quemquam agere finas.

Pauperibus statim da, neque cras reverti jube.

Ἰδρωσι

omnia K. notam frontibus eorum candenti ferro imprimebat. Trajanus è medio sustulit, &c. Honorii inprimis tempora laudata, de quo Claudianus l. 2. de laudibus Stiliconis,

*Denique non dives sub te pro rure paterno,*

*Vel laribus pallet, non Insidiator oberrat  
Facturus quemcumque reum.*

V. Thomam Dempsterum in Rosini Antiquitat. Rom. Paralipom. ad lib. 9. Hofmannus.

30 Πτωχοῖς οὐδὲ δίδε] Sanctus Chrysostomus tom. 5. hom. de Misericordia, & duabus viduis. Tria sunt, quæ in misericordiæ opere optanda sunt Christiano, ut possit facere, ut velit, ut compleat; ut possit, id est, ut substantia faciendi non desit; ut velit, hoc est, voluntas adsit, qua faciat, cum substantia

non deest, qua fiat; tertium est, ut compleat, id est quæ possit, & velit sine dilatione perficiat. Nam sunt, qui possunt facere, sed nolunt; sunt, qui volunt, sed non possunt, sunt, qui & volunt, & possunt, sed differendo non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret, ut velit, & qui vult facere, oret, ut possit, & qui in utroque paratus est, det operam, ut misericordiam instanter efficiat, ne quod vult, & potest, differendo non compleat. Ita sanctus Chrysostomus. Prov. 3. *Ne dicas amico tuo, vade & revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Amicum hic vocat pauperem, quia tempore majoris necessitatis, mortis l. & Divini judicii pauperes sunt qui nobis magis favent, secundum illud Christi Domini, *ut recipiant vos in æterna tabernacula,* huic amico consult Domini cito dare,

Ἰδρωσὶ σαφῶν χειρὶ χεῖρονι ᾤδραχ.

31 Ὁς δ' ἐλεημοσύνην παρέγχε, θεῶ οἰδ' ἐδανείζεν.

Copiam spicarum manui egenti præbe.  
Quicumque eleemosynam dat, Deo novit scænerare.

Πύσταυ

dare, qui enim cito dat, bis dat, juxta commune proverbium. Et Sen. lib. 2. de beneficiis. Beneficium, ait, morose datum simile est pani lapidoso quem esurienti accipere necesse est esse acerbum. Ita ille. Quare Apostolus 2 Cor. 9. *Hilarem datorem diligit Deus*, hilarem dicit non solum quia libenter, sed quia prompte dat, unum enim provenit ex alio. *Labata.*

31 Ὁς δ' ἐλεημοσύνην] Seneca lib. 6. de benef. inter sublimia Dei hoc enumerat, quod omnibus det, & à nullo quicquam accipiat. Qui, inquit, omnibus daturus est, & nunquam accepturus. Hoc ille. Nec mirum: non enim audierat illud Christi Domini: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quod in sancto Martino videre licet: præstitit enim ille pauperi dimidium pallii, & nocte sequenti visus est Christus Dominus dimidiato illo pallio indutus, dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit.* Quid igitur de eleemosyna gloriosius dici potest? *Beatius est dare quam accipere*, uti Christus Dominus dicebat, attestante Paulo. Quod si cuivis dare beatum, dare Deo ipsi, quid beatius? Si Deo est beatum dare nobis, quæ major beatitudo nostra, quam Deo dare? & quidem in hoc Deo superiores aliquo modo apparemus, nobiliori damus: Deus enim nobis, nos vero Deo damus. S. Chryl. hom. 32. ad pop. Unde tantum Deus ita mundum dilexit, sicut dilexisse videmus; nonne ex

charitate sola? Revereamur igitur ejus charitatem, miserationis excessum erubescamus; ipse namque nec unigenito pepercit propter nos, nos autem & pecuniis parcimus adversum ipsum; ipse & legitimum pro nobis tradidit filium, nos vero nec argentum propter eum contemnimus, imo nec propter nos. Et qualiter hæc venia sunt digna? si hominem pro nobis pericula, & mortes passum videre-mus, omnibus præponeremus, & primis amicorum connumeraremus, & ei omnia nostra traderemus, & ipsius magis, quam nostra esse diceremus; imo nec ita dignam retributionem nos erogare censeremus, erga Christum vero nec hanc gratitudinis mensuram observamus. Sed ille quidem pro nobis animam posuit, & pretiosum sanguinem propter nos effudit, qui non eramus amici: nos autem neque pecunias propter eum effundimus, sed eum despiciamus nudum, & peregrinum, & quis nos à futura pœna liberabit? Cum eum, qui pro nobis animam posuit, despiciamus esurientem, & quid dico pecunias, nonne si innumeras haberemus animas, omnes oportuerat pro eo ponere? imo neque ita beneficio dignum fecissemus, quoniam ipse prior dilexit nos, ipse prior manifestum exhibuit beneficium: ille autem qui beneficium accepit, quidquid retulerit, debitum reddit; non meritum confert, & maxime cum Christus inimicis benefecerit: nos aut in benefactorem data conferamus, & ipsis rursus frui-turimus.

simus. At nos neque ista trahunt, sed omnibus ingratiore sumus: servis quidem, & equis torques aureos circumponentes, Dominum vero nudum circumcumentem, & fores ex foribus euntem, & pulsantem, & in exitibus viarum manentem, & manum levantem despicimus, & sæpe torvo respicimus oculo; licet & hoc ipsum propter nos patiatur: libenter enim esurit, ut tu pascaris, & nudus circumit, ut incorruptionis indumenti præbeat tibi occasionem: sed nec ita vestimentorum aliquid erogatis, sed vestimentorum, hæc quidem jacent tinea esca; hæc autem arca sarcina, superfluaque possidentibus cura; qui vero ista cæteraque dedit omnia, sed potius errat. Sed demus, quod in arcam ipsa non reponitis, sed ipsi vos ornantur: & quid vobis ex his amplius? ut forensium turba vos spectet, & quid hoc? non enim his amictum admirabuntur, sed potius eum, qui largitur indigentibus. Itaque si vis in admiratione haberi, alios potius induens, infinitos assequeris applausus. Tunc & ipse Deus te cum hominibus laudabit: nunc autem laudabit te quidem nemo, sed potius omnes invident, corpus quidem cernentes ornatum, animam vero neglectam habentem; animæ enim ornatus penes eos est solum, qui cum virtute vivunt. Hæc dico non tam pauperum, quam animarum vestrarum curam gerens, illis, etsi non à vobis, aliunde consolatio aliqua erit, quod si nulla eis præbeatur consolatio, & fame consumantur, non magna eis jactura erit: quid enim Lazaro nocuit paupertas, & fame tabescere? à gehenna vero nemo vos eruet, nisi à pauperibus auxilium consequamini: sicut dives ille, qui continue torretur, nunquam autem nunciatur consolationem. S. Chryf. hom. 15. ad Romanos. Deus filium suum tibi dedit, tu vero nec panem illi: illi parer, etiamsi filius legitimus esset, propter te haudquaquam peperit; tu vero illum vel fame tabescentem contemnis, præsertim

cum sumptus facturus sis ab his, quæ illius sunt, tum autem tua ipsius causa, quid hæc iniquitate deterius? Nihil, ait Christus, à te quod sumptuosum sit, postulo, sed panem, sed tectum, sed consolationem verborum; & certe vel propter ipsum cælorum regnum id præsta, propter te pauperem respice, & mihi satisfacies, & tibi largiar cælum, possum tibi citra hæc imponere coronam, sed tamen tibi debitor esse non recuso, ut tibi etiam fiduciam aliquam corona ferat ob hoc, qui me ipsum educare possum, circumvago mendicans præ foribus tuis, dexteram porrigo, à te educari concupisco, quia tui majorem in modum amans sum, & cunctis audientibus actorem te meum declaro. Atqui nos, quoties alicujus impensa educamur, erubescimus sane, remque adumbrantes dissimulamus: verum ille, cui erga nos summus est amor, licet taceamus, ipse rem deprædicat ipsam, magnis cum laudibus rem ad cælum tollens, nec eum fateri pudet, quod, cum nudus esset, se veste induimus, cum esuriret, se aluerimus. Ita S. Chrysof. Quid de eleemosyna dici sublimius potest, quam quod Christo Domino exhibeatur, tu manum visibilem pauperis vides extensam, & tuam eleemosynam recipientem? sed tamen aperi oculos fidei, & vide Christum Dominum, invisibilem manum pariter extendentem, & gratissime hanc eandem suscipientem: quia, ut ait S. Chrysof. nunc secundo pro nobis Christus egenus factus est: fuit prius in vita sua inter nos pauper, ut ejus inopianos divites essemus, nunc secundo pauper in pauperibus suis sit, ut nos ei eleemosynam tribuentes, divites meritorum gloriæ simus; unde introducit S. Chrysof. ibi Christum Dominum, sic cum unoquoque nostrum, alloquentem: Non magna, & pretiosiora exposco, sed panem duntaxat, & tectum, & verba solantia. Cum videris nudum, remissere ejus, quam pro te in cruce tui nuditatem, factus sum antehac te propter egenus, & in præfenti egestate

Ρύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρείσσει ὀπώοτ' αὐ' ἔλθη.

<sup>32</sup> Οὐ θυσίῳ, ἔλεος δ' ἐθέλει θεὸς ἀντὶ θυσίης.

<sup>33</sup> Ἐνδύσθω εἴν γυμνόν, <sup>34</sup> μετὰ δ' ἔλεος πεινῶντ' ἀστῶν  
σῶν.

Liberat à morte misericordia, iudicium quando venerit.

Non sacrificium, misericordiam vero vult Deus pro sacrificio.

Vestito itaque nudum, impertire esurienti panes tuos.

<sup>35</sup> Α' 5 ε-

egestate premior, ut undecumque compulsius te præbeas misericordem; esuriam tui gratia toleravi, rursus famem pro te patior, sitibundus eram, dum in cruce penderem, & nunc etiam sitio, pauperum ratione, ut his utrisque inedia scilicet, & siti te mihi adjungam, & pium pro tua salute reddam, & humanum; suumque pro parvis & exiguis rebus corona te & imperio donaturus; neque id dixerim, Solve me egestate, vel divitias elargire: sed panem postulo, & amicum, vel teque aliquod solamen inediae meae. Si fui interim in vincula coniectus, non me inde eximas postulo, sed ut vinculum revisas. Sic te, vel hoc solo, dono caelo, & te gravissimis vinculis eruam. Habeo quidem ego, unde me aliam, sed emendico, & præ tuis foribus existo, manum pottingo, & cibari à te percipio, quia te plurimum amo. Ita S. Chrysofost. Quis talia Christum loquentem audiret, qui non viscera ipsi offerret? Hæc igitur sunt, quæ vere auribus fidei nostræ sonant. Felix qui sic Christum cognoverit, & audierit. *Idem.*

<sup>32</sup> Οὐ θυσίῳ &c.] Nemo est qui non videat hæc esse deprompta ex sacra scriptura, ideoque à Phocilyde non potuisse proficisci sed ex personata Sibylla esse hausta. *Gallus.*

<sup>33</sup> Ἐνδύσθω εἴν γυμνόν] Vestire nudos. Ad quod Sacra scriptura monet. Tob. 4. *De vestimentis tuis nudos tege.* Item Esa. 58. *Cum videris nudum, operi eum.* Et Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti.* Hoc opus misericordiae nobis multum commendant exempla sanctorum. Et primo exemplum Dei, qui Adam & uxori ejus postquam ceciderant in statum miseriae, fecit tunicas pelluceas. Genes. 3. Item exemplum Tobiae qui nudis vestimenta præbebat. Tob. 1. Et exemplum Job: *Si despexi, inquit, prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperem: Si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est.* Job 31. Hoc opere misericordiae Dorcas digna fuit suscitari. Actu 9. Item huic operi misericordiae promittitur vita æterna. Ezech. 19. *Si nudum vestimento operuerit,*

35 Ἀστρον εἰς οἶκον δέξαι, ἢ τυφλὸν ὁδήγη.

Ναυήγες οἴκτηρον· ὁ γὰρ πλῆς ἐστὶν ἀδηλῶ.

Χεῖρα πεσόντι δίδε· σῶθι δὲ ἀπερῖστα ἀνδρα.

Κοινὰ πάθη πάντων· βίωτος τροχὸς, ἀστατος ὄλβος.

Exulem in domum excipe, & cæco viæ dux esto.

Naufragium miserere, quia navigatio est incerta.

Manum lapso porrige, seruaque desertum virum.

Communes casus, omnium, vita rota, instabilis felicitas.

Πλῆ-

rit, vita vivet. Hoc opus misericordiae videtur præcellere respectu præcedentium, in hoc quod non unam miseriam relevat, sed multas. Primum opus repellit famem, secundum sitim: sed hoc opus expellit erubescitiam de nuditate, & molestiam frigoris. Peraldus.

34 Μετὰ δὲ &c.] Ad duo prima opera incitatur frequenti scripturæ admonitione. Nehem. 8. Mitte partes eis qui non preparaverunt sibi. Tob. 4. Panem tuum cum egenis & esurientibus comede. Prov. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit potum da illi. Ecclesiast. 11. Mitte panem tuum super transcentes aquas, quia post multa tempora invenies illum. Aquæ transcentes sunt populi mortales. 2 Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ delibimur in terram quæ non revertitur. Luc. 3. Qui habet escas, det non habenti. Item excitatur ad ea exemplis sanctorum patrum. Tob. 2. De facultatibus suis esurientes alebat. Job 3. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea &c. Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus conteratur. Item incitatur ad ea mercedis promissione. Ezech. 18. Si panem esurienti dederit, vita vivet. Matt. 10. Qui

potum dederit uni ex minimis istius calicem aquæ frigidae tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Luc. 14. Quum facis convivium, voca pauperes, debiles, & claudos & cæcos & beatus eris, quia non habent unde retribuunt tibi. Retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Qui cibum sine potu ministrant pauperi, tale prandium dant Domino quale consuevit dari asino. Item qui de his quæ habent ad mensam suam nihil volunt dare pauperibus, in futuro nihil boni invenient. Job. 20. Non remansit de cibo ejus, & propterea nihil remanebit de bonis illius. Idem.

35 Ἀστρον εἰς οἶκον &c.]

Οἱ τε φιλόξενοι, καὶ σφι νόος ἐπὶ θεοῦ.  
Qui hospitales sunt, etiam eis mens est pia.

Διναίῳ, ὁσπερὶς Ἐργάμεων, ἦτο ἀρίστον. Hesych. Estque vel Deo similis, q. θεοειδής vel Deum timens, θεοδής, vel Deo placens, q. θεοαδής. Viri vere pii, quibus νόος θεοδής, sunt φιλόξενοι, imo φιλοξενίαν διώκοντες (phrasis Paulina) ἄξενοι contra & inhospitales, feri, barbari, inhumani. Et bene est quod nos φιλοξενίαν nostram atque humanitatem hanc labem jam dudum deterimus, quam majoribus nostris ad-

Πλῆθ' ἔχων, σὺ χεῖρα πενητούσιν ὄρεξον.  
 Ὡς ἴδωκε θεός, κ' αἰτὸς χεῖζοντι πῶδάχ.  
 Κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων· ἀνιζέσθ' δὲ τέτυκται.  
 Μήποτε ἀνδρα πένητα ἰδὼν· σκώψης ἐπέεσι.  
 Μὴ δ' ἐκακῶς γε παροσείπης μωμητὴν πανα φῶτα.  
 Τὸ ζῶν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται. εἴ τις ἐπραξεν  
 Ἐκνομον ἢ δίκαιον, διακρίνεται εἰς κείαν ἐλθῶν.  
<sup>36</sup> Μὴ δ' ἐφρένας βλάβην οἴνω· μὴ δ' ἐπίνειν ἀμείρα.

Si divitias habes, tuam manum pauperibus porrige.  
 Quæ tibi dedit Deus, de his egenti eroga.  
 Communis tota vita hominum, inæqualis autem  
 facta est.

Ne si virum pauperem conspexeris, irrideas di-  
 cteriiis.

Neque maligne alloquaris vituperandum aliquem  
 virum.

Vita in morte probatur. Num quis perpetrarit  
 Illegitimum quid aut justum, dijudicatur ad ju-  
 dicium si venerit.

Ne mentem lædas vino, nec bibas immoderate.

<sup>37</sup> Αἶμα

specit Horatius, cum dixit, Carm. l. 3.  
 Ob. 4. Britannos hospitibus feros, ubi  
 Acron, Britanni hospites mactabant pro  
 hostia. du Pertus.

<sup>36</sup> Μὴ δ' ἐφρένας &c.] Sanctus Chryf.  
 hom. 1. ad pop. Non ita natura terræ  
 verata aquarum abundantia, continue  
 dissolvitur, ut corporis vis mollescit, &

diffuit, & exilis redditur vini potu con-  
 tinuo ingurgitata. Vinum à Deo datum  
 est, non ut inebriemur, sed ut sobrii  
 simus, ut delectemur, non ut doleamus.  
 Vinum enim latifecat cor hominis, ait  
 David, tu vero ipsum tristitiam mate-  
 riam facis. Utere modico vino, ait Ti-  
 motheo Paulus. Etenim ipsum modicum

37 Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δὲ ἀπέχεσθαι.

Sanguinem vero ne comedas, & ab iis quæ diis immolantur abstineas.

38 Τοῦ

cum propter infirmitatem permittit, quod nisi imbecillitas vexasset, neque modicum admittere discipulum coegisset. Ita S. Chrysofost. *Labata.*

37 Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν &c.] Post adventum Christi liber jam est usus sanguinis, quia lex præceptorum in dogmatis, cujus caput esse demonstravimus interdictum sanguinis, & quo constabat inimicitia, est antiquata Ephes. 11. 15. Et Chirographum, quod nobis in dogmatis erat contrarium, è medio sublatum, cruci affixum & expunctum ac cancellatum est, Col. 11. 14. *Quare*, inquit Apostolus, *debinc neminem cognoscimus secundum carnem* (in carnali statu, quo vigeant *δικαιώματα σαρκός*) Nam utut Christum agnovimus secundum carnem, (subjectum legi in infirmitate) at nunc non amplius agnoscimus. *Quare si quis in Christo, nova creatura est*, 2 Cor. v. 16, 17. Adeo ut, qui ultra hærent infirmis illis & egenis mundi fundamentis, dicantur *tentare Deum*, imponentes jugum cervici: quod ne patres ferre potuerunt, Act. xv. 10. Proinde standum nobis esse in libertate, ne amplius iugo servitutis constringamur, Gal. v. 1. Argumentum omni jam exceptione majus, postquam semel nobis probatum firmiter, præceptum illud Noacho & Israelitis latum mere ceremoniale fuisse. Excipient tamen Apostolos in Synodo Hierosolymitana renovasse legem. Cui exceptioni in sequentibus satisfaciemus. III. Secundum argumentum, quia Christus ipse adversus Phariseos disputans, non obscure libertatem circa cibum & porum in universum stabilit, Matth. xv.

Pharisæi & Scribæ Hierosolymitani haud dubie à Collegio Pharisæorum, quos Christi fama urebat, ablegati, ipsi movent questionem: *Cur discipuli ejus, transgressi traditionem majorum, non lavent manus, quum edunt panem?* v. 1. 2. Christus primo retorquet criminationem, & graviori crimine eos arcessit. v. 3. 4. &c. Secundo demonstrat, observationem traditionum non esse cultum Dei, sed vanam ac detestabilem hypocrisin. v. 7, 8, 9. Tertio advocato populo discernit veram hominis pollutionem à ficta. v. 11. *Non quod intrat in os, polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, polluit hominem.* Quasi diceret, cibum ore sumtum, sive lotis sive illotis manibus, non reddere aliquem impurum, vel iræ Divinæ obnoxium. Ita enim se explicat Christus, cum in sententia ejus discipuli hærent. In qua, adnotante Grotio, supponit id, quod constabat inter Judæos, cor sedem esse animi, ejus præsertim partitis, qua volumus, & ex qua culpa nascitur. Unde sequitur, si à cibo immunditia ad cor non pertingit, ne animam quidem pertingere. At cibus, dum adhuc permixtus suis fœcibus est, non pertingit ad cor, sed *εις κελύβιν*, in partem ventris depressiorem, in qua est ventriculus. Deinde purgatur cibus, & quicquid natura sua immundum est, ac proinde homini alendo non idoneum, illud per alvum ejicitur. Apparet ergo, nec ante nec post purgationem immundum in cibo pollueret hominem. Hactenus Grotius. Cæterum sententia Christi universalis est, qua docetur ac insinuat haud obscure, sub-

lato per Christum discrimine ciborum omnia jam munda esse, neque quidquam, quod ingreditur os, hominem polluere posse. Ergo etiam Sanguis, qui os ingreditur, nequaquam hominem polluere potest. Respondet Curcellæus: *Verba Christi non esse accipienda universaliter, sed ad materiam subjectam restringenda. Non respicere Christum ad cibos, quos lex declarat esse mundos vel immundos, nec sibi propositum habuisse, docere, cibos, quos lex pro mundis ducit, non amplius pro immundis habendos. Sed hoc tantum, hominem non inquinari, etiamsi illotis manibus manducaret cibum. Proculdubio peccatum fuisse, si quis occasionem ex Christi responso sumpta, licentiam porcina vescendi tunc arripisset, propter rebellionem adversus Dei mandatum. Nondum enim venisse tempus abrogandæ legis. pag. 168, 169. Resp. Sic solent cum Curcellæo etiam Papistæ excipere. Ac nominatim Jansenius. Non dubitamus verba Christi hoc loco ad subjectam materiam restringenda. Sed eo modo quo universalis propositio ad demonstrationem particularis quaestionis restringi debet, cujus tamen latitudo in subjecta materia non exhauritur. Nempe Christus à genere ad speciem sic procedit. Quicquid ingreditur in os, non polluit hominem. v. 11. Atqui cibus, quem illotis manibus manducant discipuli, ingreditur in os. v. 2. Ergo cibus, quem illotis manibus manducarunt discipuli, illos non polluit. Quis hic non intelligit, si propositio Major, adeoque sententia Christi, non accipiatur universaliter, effici argumentationem in prima figura ex puris particularibus, adeoque meram *ἀδολογίαν*, Christo indignam? Quid? Ipse Curcellæus sibi discors subjicit: *Quaquam non negem, Christum ita generatim loquendo inuisse, tempus istud esse præ foribus, cum ubique gentium, abrogato ciborum discrimine, Deo servientium esset in Spiritu & veritate. Sententia Christi refert illud ipsum tempus, quo lata fuit, non illud, quod ante fores erat.**

Ergo jam tum universalis fuit. 3. Si quis invitatus hac sententia Christi, ex fide in Christum Messiam, qui munda & immunda, hoc est, circumcisos & præputiatis, in sua carne conciliare debuit, cibus in lege immundos edisset, pro legis transgressore non fuisset habitus, neque reus rebellionis adversus mandatum Dei. Quamvis enim fœdus antiquum suam *ἐκείνην* habuerit usque ad tertium illum temporis articulum, quo Evangelium Christi exhibitum per Apostolorum prædicationem *ἰεραρχήσθη*, quatenus nempe ante illud tempus prædicationis Evangelii non est egressa extra populi Israelitici terram, & Christus ipse praxin publicam sacrificandi non tantum intactam reliquit, sed etiam confirmavit mandato, Matth. viii. 4. tamen jam libertas tanta Ecclesiæ assulit, ut à peccato immunis esset, qui fide in Messiam præsentem ceremoniam aliquam legalem omisisset. *Hinc lex & Prophetæ usque ad Johannem*, Matth. xi. 13. Et jam adfuit illud *ἡ ἀρχὴ τοῦ ζῆθους*, Gal. iv. 1, 2. Quo fortasse pertinet illa Christi ænigmatice locutio, Matth. ix. 14, 15, 16. &c. In quaestione etiam de loco cultus Divini, Christus mulieri Samaritanæ respondet: *Veniet hora, & jam est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in veritate. Sed & pater tales querit ipsum adorantes*, Joh. iv. 23. Ergo jam tum Christo nondum mortuo erat illa hora, & quaerebat Deus ipse jam tum in Spiritu & veritate adorantes, non habito respectu ad locum, seu is Hierosolyma esset, seu mons Garizim, seu quilibet alius. Quæ causa est non ineptæ distinctionis Theologorum nostrorum inter statum vigoris, languoris, mortis & sepulturæ ceremoniarum legalium. Viguisse usque ad adventum Christi, & fuisse prædicatorum munere: languescere cœpisse nato Christo, & ad *ἀφ' ἡμεῶν* properasse: mortuas, cum Christo: sepultas honeste ab Apostolis usque ad excidium urbis Sanctæ, cum qua Synagoga etiam humum & ci-

& cineres quaeravit. IV. Tertium argumentum suppeditat Apostolus Rom. xlv. 14, 17. *Novi & persuasus sum in Domino Jesu, nihil esse pollutum per se ipsum, nisi ei, qui existimat, quid pollutum esse. Non est regnum Dei escæ & potus, sed justitia & gaudium & pax in Spiritu S. Judæi conversi ad Christum, quidam infirmiores adhuc, putabant abstinendum esse à cibis lege vetitis. Cæteri provec̄t ores jam ac præcipue Gentiles contranitebantur, & Evangelicam libertatem opponebant. Hos conciliare conatur Paulus. Vetat, ne invicem se judicent. Imo hoc utrinque judicent, ne ponant scandalum fratri, v. 13. Et subjicit, se certo scire & persuasum esse, quod per se nihil pollutum, sed tantum λογισμῶν ei, qui reputat aliquid pollutum. Pollutionem intelligit non naturalem, sed religiosam. Hanc tamen scientiam moderatur lege charitatis, ne scandalo percellatur Frater. v. 15. Ac demum subjicit: Regnum Dei non esse escam ac potum, sed justitiam, & pacem, & gaudium in Spiritu S. Atque ita se planissime explicat: Ea videlicet jam tempora esse, quibus nihil pensi habendum, quid edas vel bibas. Hoc enim jam in religione & regno Dei momentum nullum habere. Declarat igitur eadem ratione, esum sanguinis non amplius prohibitum, neque pollutum nisi τῶν λογισμῶν, neque in illo amplius regnum Dei verti. Si Præcepti illius legalis nexus nondum solutus fuit, sequitur, fuisse aliquid per se pollutum, & in esu ac potu adhuc regnum Dei volvi. IV. Quartum argumentum suppeditat idem Apostolus ad Corinthios scribens, 1 Cor. x. 25. *Quicquid in macello venditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini enim est terra & plenitudo ejus.* Agit Apostolus de Idolothytis. Hactenus impugnavit Idolothyta qua talia, formaliter dicta, Fugite idololatriam. v. 14. *Ne fiat participes mensæ & calicis Dæmoniorum, v. 20. puta, comedendo cibos idolis oblatos eo modo, & iis circumstan-**

tiis, quibus censamini eos quasi sacros, in honorem idoli comedere. Deinceps solvit quaestionem à Corinthiis motam: An Idolothytum comedi possit saltem materialiter, qua cibus & caro est? Respond. Apostolus: *Omnia quidem licere, sed non omnia edificare. v. 23, 24.* Sic rursus distinguit jus ab exercitio, cui accidere potest, ut sit malum. Ac subjicit concessionem generalem: *Omnia quæ in macello sunt, manducate, μηδὲν ἀνακρίνομαι, nihil discernentes, non hesitantes propter conscientiam.* Vetat eos interrogare in macello, an carnes venum expositæ idolis fuerint sacrificatæ, necne? Solebant enim Gentiles carnes idolis oblatas, post sacrificium & epulum superfluas, mittere ad macellum vendendas, quarum lucrum ad Sacerdotes derivabatur. In macello autem censabantur ad communem & profanum usum redire. Ergo Apostolus declarat: *Ornem jam cibum & potum indifferentem esse, & religionem ac conscientiam nullum amplius discrimen agnoscere, sicut factum in Veteri Testamento. Quæ sententia cum generalis sit, necessario etiam sanguinem complecti debet. Nam in macello botulos & farcimina ex sanguine, usitatissimum Gentilium cibum, venum exposita esse, cui vel levis dubitatio inceslere potest? V. Quintum argumentum promimus ex Coloss. 11. 16, 17. *Ne quis vos judicet in cibo & potu, quæ umbra futurorum, Corpus autem Christi.* Et v. 20, 21. *Quid adhuc, tanquam viventes in seculo, decretis illis tenemini, Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contrectaveris.* Perstringit tum Gentilissimum tum Judaissimum, quorum ille decipere parabat per philosophiam & inanem fallaciam, hic secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi: uterque contra Christum, in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, v. 8, 9. &c. Qui cum chirographum, quod nobis contrarium erat, expunxerit, dedit libertatem iis, qui cum Christo*

convivificati, ne quisquam eos in cibo vel potu judiceret, neque constringat legalibus illis decretis, ne tangant, ne gustent, ne contrectent. Unde argumentum irrefragabile nequimus pro libertate Christianorum in esu sanguinis. Qui enim in esu & potu non sunt obnoxii ullius, sive legis Divinae, sive hominis iudicio; neque tenentur legalibus illis decretis, illis liberum est, sanguinem tangere vel non tangere, gustare vel non gustare. Scripsit Paulus Epistolam ad Colossenses satis longo tempore post Hierosolymitanam Synodum. Misit enim Roma per Tychicum & Onesimum. Et in fine vinculorum suorum meminit cap. IV. 18. Atque adeo minimum tredecim anni inter Synodum & scriptionem hujus epistolae intercedunt, ut patet attendenti. In eo certe intervallo temporaria lex Hierosolymis lata, Judæis conversis jam contra scandali metum obfirmatis, observari desita est: vel, si non desita, universali hac sententia Apostoli abrogata, nec extra scandalum obligare pergat. VI. Sex argumentum sequitur ex Tit. 1. 15. *Omnia sunt munda mundis: Pollutis autem & infidelibus nihil mundum, sed polluta est illorum mens & conscientia.* Perstringit Apostolus Creteneses, quorum describit mores, v. 12, 13. Juber nos redarguere, v. 13, 14, 16. accurat in iis vitæ & doctrinæ morbum. Vitæ morbum in verbis: *Omnia munda sunt mundis &c.* Morbus fuit Judaizantium, Judaicas fabulas & traditiones hominum completentium, v. 14. *Quales fabulæ potissimum erant,* inquit Cornelius à Lapide ex Hieronymo & Chrysofomo, *de servandis legis Ceremoniis, presentim de servando ciborum delectu.* Ergo hac sententia generali munditiam etiam sanguinis Apostolus declaravit. Curcellæus responder. I. *Non constare, istud de cibis particulariter intelligendum esse, qui non nominantur.* pag. 179. Respond. De cibis interpretantur Chrysofomus, Hieronymus, Theodoretus, Ambrosius, Vatablus, Erasmus,

alii. Et patet ex rebus ipsis. Perstringit enim Judaizantes, qui dogmatizabant, in potu, cibo, festis, Sabbatho. Deinde ita interpretatur Apostolus, 1 Tim. IV. 3, 4. Neque mirum erat, Creteneses Judaica hæc deliria adoprassè, quia magna fuit per maris viciniam communio Judæorum cum Cretensisibus, adeoque Judæi nobiles in Creta habitare soliti, teste Josepho, in sua vita, ubi hac de causa uxorem se ex Creta accepisse narrat. *Quin & hinc natus videtur Cornelii Taciti error, qui Judæos è Creta adscendisse asseverat, & Judæos dictos quasi Idæos ab Ida monte, qui est in Creta, Histor. V. 2. 1, 2.* Non erat, cur cibos nominaret. Hoc enim ex se constabat, cum de munditie & immunditie ciborum Judaizantes disceptarint. 2. *Hæc adeo generalia esse, ut, nisi prudenter ex Apostoli mente limitentur, inde colligi queat, etiam furta, homicidia, adulteria Christianis esse licita, nihilque pro peccato habendum, nisi quod repugnante conscientia committitur.* ib. Resp. Exceptiones malarum rerum in omni præcepto vel imperii vel indulgentiæ præsupponuntur. Deus enim peccatum odit, neque est *ἀγία πνεύματος* Spiritus. Utrum autem malus sit esus sanguinis, quaeritur & sub iudice lis est. Impudentissimus Jesuita quidem Cornelius à Lapide non verecundatur Lutherò impiam hanc consequentiam impingere: *Si omnia munda mundis, ergo fornicatio quoque est munda mundis, puta fidelibus.* Sicut enim, inquit, nihil justificat nisi fides, ita nihil conquinat nisi infidelitas. Comm. ad h. l. Sed heus, Jesuita, frustra Herculi! Fumus est è sicibus. Fidelibus omnia munda esse recte Lutherus dixit, quatenus nihil immundum, quod sincera fide erga Christum geritur. An vero etiam scelera ex fide in Christum patrantur? Apagè dementiam. Et tamen hi Sycophantæ Evangelicam & salutarem de fide doctrinam jocularibus his convitiis quotidie maculant. VII. Septimum argumentum stringimus ex gravissima *ἐπιτομή* Apostoli, 1 Tim.

1 Tim. iv. 1, 2, 3, 4. Spiritus diserte dicit, quod postremis temporibus deflexuri sint quidam à fide, attendentes Spiritibus erroris? & doctrinis demoniorum, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus condidit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis, qui cognoverunt veritatem. Quia omnis Dei creatura bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur. Ubi vili pendo Pelusiotæ virgulam criticam, qui pro ἀπίστοις judicavit legi debere ἀπίστοις lib. iv. Epist. 122. Atqui & Latinis unitatum, ut alteri tantum è nominibus respondeat verbum, quale est, *Judicium & panas exercere*: cum judicium exerceatur, pœnæ sumantur. Apud Tacitum Germ. vii. 4. *Mulieres cibos & hortamina pugnantis gestare dicuntur*: cum cibi gestentur, non hortamina. Ita hic καλοῦσιν responderi duntaxat τῷ γαμῶν. Jam de re. Apostolus demoniorum doctrinam vocat, mandare abstinentiam à cibo. Et rationem reddit: quod omnis creatura Dei bona sit, & nihil rejiciendum, cum gratiarum actione susceptum. Ubi altius ascendit Apostolus ad creationis historiam, postquam Deus omnia, quæ creavit, valde bona esse declaravit. Respondet Curcellæus. 1. *Nisi restrictio aliqua commoda hic fiat, sequi etiam Apostolos Demoniorum doctrinam proposuisse, si non in perpetuum, saltem ad tempus, quo ipsorum constitutio vigere debuit.* pag. 179. Resp. Inter Synodum & scriptam hanc Epistolam intercedebant anni præterpropter quatuordecim. In eo intervallo notoria mutatio potuit accidere. Sed demum, illo tempore nondum legis illius frantum laxatum fuisse, an ideo Apostoli etiam stante generali illa sententia in Concilio, demoniorum doctrinam proposuerunt? Absit blasphemia accusamus viros Πεφοβμένους. Tulerunt quidem legem de sanguine, sed non tam jus sanguinis limitaverunt, quam exercitum illius cibi in præsentis casu scandali. Unde qui dicto audientes fuerunt, non tam censendi cu-

custodivisse præceptum aliquod de cibo, quam præceptum de charitate, cui repugnat scandalum datum. Idolothorum usus, si religioso imperio mandatur, haud dubie doctrina Demoniorum est. Apostolus enim diserte concessit. 1 Cor. x. Et tamen Apostoli cum sanguine conjunxerunt. 2. Paulus videtur ad illos hæreticos respexisse, qui existimabant cibos aliquos natura esse malos, à quibus vescentes inquinarentur. Respond. Eodem frigidulo schemate in alia, simili tamen causa, elabi conantur Bellarminus & Baronius. Jam respexerit Paulus ad hæreticos tales, puta Marcionitas, Encratitas, Manichæos. An igitur non respexit Tertullianum, & qui supra sustinuit affirmare, carniū concessionem propter σκληρομυρδίαν hominum factam? Annon omnes eos, qui saltem hoc commune habent, ut prohibeant cibos? Maxime cum Apostolus ne verbo quidem attigerit causam prohibitionis, sed tantum prohibitionem expreslerit. Sæpe ejusdem facti diversæ sunt causæ. Damnat Scriptura eos, qui solvant Jesum. Solverunt autem aliter atque aliter Arius & Nestorius. An propterea non æque uterque damnatus? Eadem hic ratio. Cum constat liberum permillum à Christo omnium ciborum usum, conscientia quidem causa, quicunque conscientia causa illam libertatem infringit, sive prohibeat cibum, quia natura malus, sive alio modo quolibet, Demoniorum doctrinam propugnat. Neque pingi potest illorum causa hoc colore: *Causam prohibitionis in textu allegari his verbis*: Omne, quod Deus creavit, bonum est, neque quicquam rejectaneum, quasi diceret: *Diabolo illos Doctores prohibere cibos quosdam tanquam malos, cum tamen omnes cibi sint boni, puri, nulli rejectanei.* Non ideo ad eos solos restringi debet. Sic Christus Matth. xix. 14. discipulos Christo infantes subducturos compellat: *Ne prohibete eos.* Rationem addit: *Eorum enim est Regnum caelorum.* Discipuli propter hanc causam non

38 Τὸ ξίφος ἀμφιβαλεῖ, μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ'  
ἐπὶ ἀμύναν

Gladium accinge non contra amicum, sed ad defensionem.

39 Εἶθε

non subdixerant. Et hanc causam allegat Christus. Ita hoc loco Spiritus S. damnat omnes, qui prohibent cibos religionis gratia, quia omnes cibi boni. Hanc tamen rationem non necessario negare debuerunt, quotquot prohibuerunt. Ut, qui ἀμυνοφρασίαν conscientiae gratia prohibent, ab hoc reatu eximi nullo pacto possint. Heideggerus.

38 Τὸ ξίφος ἀμφιβαλεῖ &c.] De iure Divino voluntario profectiore, Evangelio scilicet, plus est difficultatis. Quin Deus, cui plus juris est in vitam nostram, quam nobis ipsis, potuerit à nobis patientiam eo usque exigere, ut etiam privatim in periculum adducti, occidi deberemus potius quam occidere, ego non dubito. An autem voluerit nos eo usque obstringere, id est quod inquirimus. Solent pro affirmante sententia adferri duo loca, quae supra adduximus, ad quaestionem generalem: ἐγὼ ἢ λίγω ὑμῖν, μὴ ἀπὸς βίωσιν τὸ πονηρὸν. Ego autem dico vobis; Ne resistite injuriam facienti, Matth. v. 39. & Rom. xii. 19. μὴ ταυτὸς ἀδικεῖν ἐξαρτῆσαι, ubi Latina versio habet, non vos defendentes charissimi. Tertius autem locus est in illis Christi verbis ad Petrum, Repone gladium tuum in vaginam, nam quicumque acceperint gladium, gladio peribunt. Addunt his nonnulli Christi exemplum qui pro inimicis sit mortuus, Rom. v. 8, 10. Neque defunt inter Christianos veteres qui bella quidem publica non improbaverint, sed defensionem privatam putarint vitatam. Ambrosii loca pro bello supra attulimus. Augustini multo etiam

plura sunt & clariora, omnibus nota. At idem Ambrosius dixit: Et ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, Satis, dicit; quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege equitatis eruditio, in Evangelio veritatis. Idem alibi: Christianus, etiam si in latronem armatum incidat, ferientem referre non potest; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet. Augustinus vero; Legem quidem non reprehendit quae tales (latrones & alios in vafores violentos) permittit interfici, sed quomodo istos qui interficiunt defendam non invenio. Et alibi: De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta legitima potestate. Sed opposita sententia sicut receptor est, ita verior nobis videtur, ut talis patientia non sit in obligatione: jubemus enim in Evangelio proximum amare juxta nos ipsos, non prae nobis ipsis: imo ubi par malum imminet, non vetamur nobis potius quam aliis consulere, ut supra ostendimus auctoritate Pauli beneficentiae regulam auctantis. Instet forte aliquis, & dicat; etiam si meum bonum praeferre possim bono proximi, hoc tamen locum non habere in bonis inaequalibus, quare vitam meam mihi potius deferendam, quam in vafor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed responderi potest, saepe etiam cum, qui impetitur opus habere tempore ad poenitentiam, aut probabiliter ita existimare: & ipsi quoque aggressori ante mortem posse ad poen-

pœnitentiam spatium superesse. Deinde, morali iudicio non videri aſtimandum illud periculum in quod ipſum ſe quis conſociat & unde ſe poteſt eximere. Certe Apoſtolorum aliqui ad ultimum uſque tempus, Chriſto vidente & ſciente, videntur iter feciſſe armati gladio, quod & alios Galilæos è patria urbem verſus properantes ob infeſtas latronibus vias factiſſe ex Joſepho diſcimus: qui & de Eſſenis innocentiffimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum eſt, ut cum diceret Chriſtus tale tempus imminere, ut gladii comparandi cauſa vel veſtis vendenda eſſet, Lucæ xxii, 36, ſtatim Apoſtoli reſponderint in ſuo comitatu duos eſſe gladios: erant autem in eo comitatu nulli præter Apoſtolos. Tum vero illud ipſum quod dixit Chriſtus, quanquam præceptum revera non continet, ſed proverbium eſt, ſignificans graviffima pericula imminere, ut clare oſtendit oppoſitio primi temporis, quod tutum ac proſperum fuerat, commate 35, eſt tamen tale, ut ſumptum appareat ex eo, quod fieri ſolebat, quodque Apoſtoli licitum cenſebant. Recte autem à Cicerone dictum eſt: *Gladios habere certe non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret.* Illud vero, *Ne reſiſtite injuriam facienti,* non magis univerſale eſt quam quod ſequitur, *Date omni petenti;* quod tamen exceptionem admittit, dum ne nimium nos prægravemur: imo iſti præcepto de dando nihil adjicitur quod vim habeat reſtringentem, ſed ex ſolo ſenſu æquitatis adſtringitur, cum præceptum de non reſiſtendo ſuam habeat adjunctam explanationem per exemplum alapæ; ut intelligatur tum demum præcite nos obligare, cum ea impetitur injuria quæ aut alapa ſit aut alapæ par: nam alioqui rectius fuerat dicere, *Ne reſiſtite injuriam facienti, ſed vitam profundite potius quam armis utamini.* In verbis ad Romanos, *πὴν ἰουδαῖς ἐκδικησῆναι*, omnino ἐκδικῆν non tuendi, ſed ulciſcendi habet ſignificationem, ut & Judith 1, 11, & 11, 1. Luc.

xviii, 7, 8. xx1, 22. 11 Theſſ. 1, 8. 1 Petr. 11, 14. Rom. x111, 4. 1 Theſſ. 1v, 6. Idque ipſa verborum connexio manifeſte oſtendit: præceſſerat enim, *Ne rependatis ulli malum pro malo:* hæc autem eſt ultionis non deſenſionis deſcriptio. Et monitum ſuum fulcit Paulus Deuteronomii loco, *ἐπι κἀδικησῶν, ἐξὸν ἀποδοῦναι*, ubi in Hebræo eſt *קָנָה*, quo ultionem ſignificari tum vocis proprietas indicat, tum ipſa loci ſententia quæ deſenſionem intelligi non patitur. Quod vero Petro dictum eſt, continet quidem prohibitionem utendi gladio, ſed non in deſenſionis cauſa: neque enim ſe opus habebat defendere: Jam enim dixerat Chriſtus de diſcipulis: *ſinite hos abire: Idque ut impleteretur ſermo quem dixerat: Ex iis quos dediſti mihi non perdidit quemquam,* Joan. xviii, 8, 9. neque Chriſtum, nam defendi nolebat. Ideo apud Joannem hanc cauſam interdictioni ſubjicit, *An non bibam poculum quod dedit mihi Pater?* com. 11. & apud Matthæum ait, *Quomodo ergo impletur ſcriptura, quæ dicunt ita oportere fieri?* Ulciſcendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi ferebatur: adde quod arma ſumebat in eos qui nomine publicatarum poteſtatum adventabant, quibus an ullo caſu reſiſtere liceat peculiaris eſt quæſtio, infra à nobis peculiariter tractanda. Quod autem adjicit Dominus, *Omnis qui gladium acceperint gladio peribunt,* aut proverbium eſt, ex vulgi uſu deſumptum, quo ſignificatur ſanguinem ſanguine elici, ideoque armorum uſum periculo nunquam vacare: aut, quæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii ſententia eſt, indicat, non eſſe quod nos Deo præripiamus ultionem quam ipſe ſuo tempore ſatis ſit exacturus: plane quo ſenſu in Apocalypſi dicitur x111, 10: *Qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc ſita eſt ſpes & patientia ſanctorum.* quicum convenit Tertulliani illud: *Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequæſter Deus: ſi injuriam depoſuerit*

39 Εἰθε δὲ μὴ χεῖρη, μὴ ἔκνομα, μὴ τε δικαίως.

Utinam vero non utaris, neque injuste neque juste.

Καὶ

penes eum, ultor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est: quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem? Simulque his Christi verbis vaticinium videtur inesse de pœnis, quas à sanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum. Ad Christi exemplum, qui pro inimicis mortuus dicitur, responderi potest, Christi facta omnia quidem virtutis esse plena, & quæ, quoad ejus fieri potest, imitari laudabile sit, & suo præmio non cariturum; non tamen omnia ejusmodi esse, ut aut ex lege veniant, aut legem faciant. Nam quod Christus pro inimicis atque impiis est mortuus, id non fecit ex lege aliqua, sed ex speciali quasi pacto & fœdere inito cum Patre; qui si id faceret, non modo summam ei gloriam, sed & gentem in æternum duraturam promissit, Esaiæ 1111, 10. Alioqui esse hoc factum quasi singulare, & cui vix quicquam reperitur simile, ostendit Paulus, Rom. v, 7. Et Christus nos animam nostram periculis objicere jubet, non pro quibusvis, sed pro ejusdem disciplinæ confortibus, 1 Joan. 111, 16. Quæ vero ex Christianis scriptoribus allatæ sunt sententiæ, partim videntur consilium magis, & sublimis propositi commendationem, quam districtum præceptum continere; partim privatæ sunt ipsorum, non communis totius Ecclesiæ. Nam in canonibus antiquissimis qui Apostolici dicuntur, communionem is demum privatur qui in rixa primo ictu adversarium occiderit, ἄλλο τὴν ἐπιπέραν αὐτοῦ ob nimium calorem. Et hanc sententiam ipse etiam Augustinus, quem in contrariam partem adduximus, probare videtur, Quæsit. LXXXIV in Exodum. Grotius.

39 Εἰθε δὲ μὴ &c.] Hoc pacto nullum bellum esset licitum quod, quam falsum sit ex his quæ ex Grotio allegamus, constat. Inter prima naturæ nihil est quod bello repugnet, imo omnia potius ei favent. nam & finis belli, vitæ membrorumque conservatio, & rerum ad vitam utilium aut retentio aut acquisitio, illis primis naturæ maxime convenit, & vi ad eam rem si opus sit uti, nihil habet à primis naturæ dissentaneum, cum animantibus singulis vires ideo sint à natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisque sufficiant. Xenophon, τὰ ζῷα ἐπίσταται πᾶσι μάχῃ ἕκαστα, ἐδὲ περὶ ἐνὸς ἄλλοι μολοῦσι ἢ ὠδῶν ἢ φύσεως, omnia animantium genera pugnam norunt aliquam, quam non aliunde quam à natura didicerunt. In Hælieuticôn fragmento est:

Omnibus hostem

Presidiumque datum sentire & noscere tei

Vimque modumque sui.

Horatius dixerat:

Dente lupus, cornu taurus petit; unde, nisi intus

Monstratum?

Lucretius vero amplius:

Sentit enim vim quidque suam, quam possit abuti:

Cornua nota prius vitulo quam frontibus exstant.

Illis iratus petit atque insensus inurget.

Quem sensum Galenus sic exprimit: Φαίνεται γὰρ ἕκαστοι οὐκ ἔχον τὸ μὲρ τὸ σαμῆλον ἀμυνοῦμενον ὃ τὸ ἄλλο ἐπιπέραν. μέγιστον δὲ κινεῖται πρὸς φύσιν τὰ κίρρα. πάλιν δὲ ἴσως λαχέζων, ἐδὲ πρὸς σεραῖς τῶν ὀστέων ἄσπερον γὰρ τὸ ἄλλο σκελετικὸν δὲ κινεῖται ἐπιπέραν, καὶ μὴ δὲ πρὸς κροτῆρας ἴσως ὀδόντων. Videmus animantium, quodque eo ad sui tutelam

lam uti quo maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis unguibus calcitrat, & catellus dentibus nondum robustis morficat. Idem Galenus de usu partium primo, hominem animal esse ait ad pacem bellumque natum, cui arma quidem agnata non sint, sed apta armis parandis ac tractandis manus: qua etiam pro armis uti sponte sua nec aliunde id edoctos infantes videmus. Sic & Aristoteles de partibus animalium quarto, capite x. manum homini ait esse pro hasta, pro ense, & pro armis quibuslibet, quia omnia potest sumere ac tenere. Recta autem ratio ac natura societatis, quæ secundo ac potiore loco ad examen vocanda est, non omnem vim inhibet, sed eam demum quæ societati repugnat, id est quæ jus alienum tollit. Nam societas eo tendit ut suum cuique saluum sit communi ope ac conspiratione. Quod facile intelligi potest locum habiturum, etiam si dominium (quod nunc ita vocamus) introductum non esset. Nam vita, membra, libertas, sic quoque propria cuique essent, ac proinde non sine injuria ab alio impeterentur. sic & rebus in medio positis uti, & quantum natura desiderat eas absumere, jus esset occupantis: quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam. Hoc ipsum autem nunc; postquam ex lege aut usu dominium formam suam accepit, multo intelligitur facilitus: quod exprimat Tullii verbis: *Vi, si unumquodque membrum sensum suum haberet, ut posse putaret se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse est: sic, si unusquisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas evvertatur necesse est: nam sibi ut quisque malit quod ad usum vita pertineat quam alteri acquiri, concessum est non repugnante natura: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.* Non est er-

go contra societatis naturam sibi prospicere, atque consulere, dum jus alienum non tollatur: ac proinde nec vis, quæ jus alterius non violat, injusta est: quod idem Cicero ita extulit: *Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit homini, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* Idem alibi: *Quid est quod contra vim fieri sine vi possit? Apud Ulpianum est: Vim vi repellere licere, Cassius scribit, idque jus natura comparatur; apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* Ovidius dixerat:

*Armaque in armatos sumere jura sinunt.*

Id quod dicimus, non omne bellum juri naturæ adversari, probatur amplius ex sacra historia. Nam cum adversus Reges quatuor qui Sodoma diriperant, Abrahamus cum ministris ac scederatis suis armatus victoriam reportasset, Deus per sacerdotem suum Melchisedecum factum ejus probavit. Ita enim illi Melchisedecus: *Laus sit Deo altissimo, qui tradidit hostes tuos in manum tuam, Gen. xiv, 20.* At ceperat arma Abrahamus, ut ex historia apparet, sine speciali Dei mandato: fretus igitur jure naturæ vir non sanctissimus tantum, sed & sapientissimus, etiam extraneorum Berosi atque Orphei testimonio. Historia septem populorum quos Israëlitis exscindendos Deus tradidit non urat: fuit enim ibi mandatum speciale ad exsequendam rem à Deo judicatam in populos maximorum criminum reos: unde hæc bella in sacris literis Dei bella proprie nominantur, quippe Dei jussu non humano arbitrio suscepta. Ad rem magis pertinet quod Amalecitas vim sibi inferentes Hebræi, ducibus Mose ac Josua, armis repulerunt. Exod. xvii. quod Deus ante factum non jussit, post factum probavit. Sed & leges generales ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo suo præscripsit, Deut. xx, 10. 15. eo ipso ostendens justum bellum etiam

etiam sine mandato speciali suo esse posse. Nam aperte ibidem causam septem populorum ab aliorum populorum causa distinguit: ac cum de iustis causis belli suscipiendi nihil ibidem edicat, eo ipso ostendit eas naturaliter satis esse manifestas: qualis causa tuendorum finium in bello Jephthæ adversus Ammonitas, Jud. xi. violatorum legatorum in bello Davidis adversus eosdem, 1 Sam. x. Simul notandum quod dicit Divinus ad Hebræos scriptor, Gedeonem, Baracum, Samsonem, Jephtham, Davidem, Samuelem, atque alios per fidem debellasse regna, in valuisse in bello, exercitus exterorum vertisse in fugam. xi, 33, 34: quo loco, ut istius dissertationis series docet, in fidei nomine includit persuasionem, qua id quod fit, Deo placere creditur. Sic & Davidem sapiens femina ait præliari Dei prælia, 1 Sam. xxv, 28. id est pia ac iusta. Probatum idem quod dicimus omnium gentium ac præcipue sapientium consensione. De vi qua vita defenditur notus Ciceronis locus, ipsi naturæ testimonium perhibens: *Est hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus: hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Idem: Hoc & ratio doctus, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, à corpore, à capite: à vita sua propulsarent.* Cajus Jurisconsultus: *adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* Florentinus Jurisconsultus: *Iure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur.* Iosephus: *φύσιος ἔστι νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἀπάντη τῷ ζῳι ἡδέων, ἀλλὰ τὸ τοῦ τις φαιρῶς ἀφαιραμένους ἡμῶν: τὸ τὸ πλεμῖος ἡγυῖα. Est enim naturalis lex illa que in omnibus valet, ut ve-*

*lunt vivere, idque ipsum est quapropter eos, qui vita manifeste nos voluit spoliare, hostes censemus.* Adeoque manifestam æquitatem hoc habet, ut in bestiis etiam, quæ juris non rem ipsam ut diximus, sed umbram habent quandam, distinguamus inter vim, quæ injuriam infert, & quæ propulsat. Nam cum dixisset Ulpianus, animal quod sensu, id est rationis usu, caret, non posse injuriam fecisse, mox tamen subjungit, cum arietes vel boves commississent, & alter alterum occidisset; Q. Murio auctore distinguendum, ut si quidem is perisset qui aggressus erat, cessaret actio; si is qui non provocaverat, competeret actio. Cui explicando serviet illud Plinii: *Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petunt serpentes; sed si vis inferatur, nulla est cui non sit ira, non sit anima injuriæ impatiens, & prompta, si noceat, ad se defendendum alacritas.* De jure naturali ergo, quod & gentium dici potest, satis constat eo bella non omnia improbari. Jure autem gentium voluntario itidem non damnari bella satis nos docent historia; & omnium populorum leges ac mores. Imo jure gentium introducta esse bella dixit Hermogenianus: quod paulo aliter quam vulgo accipi solet interpretandum censeo: nempe ut certa bellorum forma à jure gentium sit introducta, quam formam, quæ habeant bella, ea peculiare ex jure gentium effectus consequantur: unde distinctio nascitur, qua utendum nobis erit infra, in bellum solenne juris gentium, quod & iustum, id est plenum, dicitur, & non solenne, quod tamen non ideo iustum esse definit, id est juri congruens. Nam aliis bellis, modo aqua sublit causa, jus gentium non adstitit quidem, sed nec resistit, ut infra latius explicabitur. *Iure gentium* (inquit Livius) *ita comparatum est, ut arma armis propulsentur.* Et Florentinus jus esse gentium ait, ut vim atque injuriam propulsemus, ut corpus nostrum turemur. De jure Divi-

no voluntario major est difficultas. Neque hic objicit quisquam jus naturæ esse immutabile, ac proinde à Deo nihil in contrarium potuisse constitui: id enim verum est in iis, quæ jus naturæ vetat aut præcipit, non in iis, quæ jure naturæ licent tantum: nam quæ ejus sunt generis, cum proprie juris naturæ non sint, sed extra jus naturæ, & vetari possunt & præcipi. Solet ergo primum à nonnullis contra bellum adferri lex data Noæ ejusque posteris: ubi Deus sic loquitur, Gen. ix, 5, 6: *Quin-etiam sanguinem vestrum, id est animarum vestrarum, reposcam: ab omni bestia reposcam eum: atque etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, reposcam hominis animam. Quisquis effuderit sanguinem hominis qui est in homine, sanguis ejus effundetur: quia hominem ad effusum suum fecit Deus.* Hic ergo quidam illud, quod de reposcendo sanguine dicitur, generalissime intelligunt, & alterum de effundendo vicissim sanguine, comminationem esse volunt, non approbationem, quorum neutrum mihi se persuadet, Nam interdictum de sanguine non effundendo latius non patet, quam quod in lege est. *Non occides*, quod neque capitalibus suppliciis, neque bellis obtulisse manifestum est. Lex ergo tam hæc, quam illa, non tam novi aliquid constituit, quam jus naturæ prava consuetudine oblitteratam declarat atque repetit; unde verba intelligenda sunt in eo sensu, qui vitium includit: sicut homicidii nomine non quamvis hominis eadem intelligimus, se i destinatam, & innocentis. Quod vero sequitur de sanguine vicissim effundendo, videtur mihi non factum nudum, sed jus continere. Rem ita explico. Natura non iniquum est, ut quantum quilibet fecit mali tantundem patiatur, juxta illud, quod Rhadamanthi jus dicitur:

Εἴς τε παῖσι τε κ' ἑρέει δίκη κ' ἰδέειν γέρας.

Quæ fecit si quisque ferat, jus fiet & æquum.

Seneca pater hanc sententiam sic retulit: *Insuperabili patendi vice, quod quisque alieno excogitavit supplicio, excipit suo.* Ex hujus naturalis æquitatis sensu Cain patricidii sibi conscius dixerat, Gen. ix, 11: *qui inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, aut quia paucis adhuc grassantibus minus opus erat exemplo, id quod naturaliter licitum videbatur edicto repressit, & contractum quidem ac commercium homicidæ defuigi voluit, at vitam ei non etipi, quomodo & Plato in legibus constituit, & olim in Græcia usurpatum his verbis docet Euripides:

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλοι·  
Εἰς ὁμοῦ μὲν ὄψιν σὺν εἰσὼν πικρῶν,  
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅπως αἰμ' ἔχειν κερ-  
ρεῖ.

Φυγῆσαι δ' ἴσθιν, ἀνὰ πικρῶν μὲν.  
Quam bene parentum provida ætas statuerat:

Ἦν cogeretur de via decedere

Hominumque visu cæde patrata nocens,

Fugæque lueret triste, non letho, scelus?

Quo & illud pertinet Thucydidis: εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων, μαλακατέρως κείσθαι αὐτὰς (πῶς ζημίας) τῶν ὀφθαλμομένων ἢ τῶν ἄστων εἰς τὴν γυναικῶν ἀποκρίσιν ἀνέκασσι. Credibile est antiquitus quamvis gravium delictorum leves fuisse pœnas: sed cum ea progressu temporis contemnerentur, ventum ad mortem. Lactantius: *Adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines, supplicio capitis afficere.* Ab uno facto illultri sumpta conjectura divinæ voluntatis in legem ivit, ita ut Lamechus quoque simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit, Gen. ix, 24. At cum jam ante diluvium gigantum ætate, promissa invaluisse hæc licentia, instaurato post diluvium humano genere, ne mos idem invalesceret, severius occurrendum Deus censuit: & repressa prioris sæculi lenitate, quod natura non iniquum

elle dictabat & ipse permisit, ut infans esset qui homicidam occidisset. quod postea institutus iudicis summas ob causas ad iudices solos restrictum est; ita tamen ut moris pristini vestigium manserit in jure ejus qui occisum sanguine proxime attingeret, etiam post Moïsis legem, quae de re infra fusius agetur. Magnum habemus auctorem nostrae interpretationis Abrahamum, qui cum legem Noë datam non ignoraret, arma sumsit in reges quatuor, ut quae plane crederet cum ea lege non pugnare. Sic & Moïses Amalecitis populum oppugnantibus arma iussit opponi, naturae scilicet jure usus: nam Deum de hac re speciatim consultum non apparet, Exod. xvii, 9. Adde jam quod capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet, non modo apud populos extraneos, sed apud ipsos patriae doctrinae alumnos, Gen. xxxviii, 24. Nimirum conjectura Divinae voluntatis ipsa naturali ratione adjuvante à similibus ad similia processerat, ut quod in homicidam constitutum erat, in alios quoque eximie nocentes non iniquum videretur. Sunt enim quaedam quae vitae aequiparantur, ut existimatio, pudor virginalis, fides matrimonii; aut sine quibus vita tuta esse non potest, ut imperii societatem continentis reverentia: adversum quae qui faciunt, ii homicidis meliores non videntur. Huc pertinet vetus, quae ad Hebraeos exstat, traditio, leges plures Noë filiis datas à Deo, quae non omnes à Moïse narratae sunt, quia satis erat ad ipsius institutum eas postea in lege peculiariter Hebraeorum esse comprehensas. Sic adversus nuptias incestas legem veterem, quanquam à Moïse suo loco non memoratam, existisse apparet Levit. xvi, 11. Inter ea autem quae Noë liberis Deus edixit hoc quoque ajunt fuisse, ut non homicidia tantum, sed & adulteria, & concubitus incesti, item violentae rapinae morte punirentur. Quod ipsum confirmant Jobi verba xxxi, 11. Jam vero data

per Moïsem lex sanctionibus capitalibus rationes adjicit, quae apud alios populos non minus quam apud Hebraeorum populum valent: ut Levit. xviii, 4, 25, 27, 28. Psal. ci, 5. Prov. xx, 8. Et peculiariter de homicidio dicitur terra non posse expiari nisi sanguine homicidae fusio, Num. xxxv, 31, 33. Præterea absurdum cogitatum est, Hebraeo populo indultum, disciplinam & salutem publicam ac singulorum munere poenis capitalibus, ac se bello tueri, cæteris autem regibus gentibusque idem eodem tempore non licuisse: neque tamen reges eos aut gentes unquam à prophetis admonitos, improbari à Deo usum capitalium suppliciorum ac bella omnia, sicut de aliis peccatis admoniti saepe sunt. Imo contra quis non credat, cum lex Moïsis de judicis expressam habuerit Divinae voluntatis imaginem, recte ac pie facturas fuisse nationes quae inde sibi exemplum peterent? quod certe Græcos, Atticos præsertim, fecisse credibile est: Unde tanta in jure veteri Attico & quod inde sumtum est Romano xii tabularum cum legibus Hebraeis similitudo est. Sufficere hæc videntur, ut appareat legem Noë datam non eum habere sensum quem volunt qui bella omnia eo argumento impugnant. Speciem majorem habent quae ex Evangelio contra bellum adferuntur: in quibus examinandis non illud mihi sumam quod sumunt multi, in Evangelio extra præcepta credendi & sacramentorum nihil esse quod non sit juris naturalis: id enim, quo sensu à plerisque sumitur, verum non puto. Illud libens agnosco, nihil nobis in Evangelio præcipi quod non naturalem habeat honestatem: sed non ulterius nos obligari legibus Christi quam ad ea ad quae jus naturae per se obligat, cur concedam non video. Et qui aliter sentiunt mirum quam sudent, ut probent quae Evangelio vetantur ipso jure naturae esse illicita, ut concubiatum, divortium, matrimonium cum pluribus feminis. Sunt quidem

dem hæc ejusmodi ut eis abstinerere honestius esse dicitur ipsa ratio; at non talia ut absque lege Divina nefas in illis appareat. Ad illud vero quod Christiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1 Joh. 111, 16. quis dicat ipso naturæ jure nos obligari? Justini dictum est: *το κτ' ὅσον βίβη ἔδδεν πρὸς τὴν φύσιν*: secundum naturam vivere ejus est qui nondum credidit. Sed ne illos quidem sequar qui aliud sibi sumunt non exiguum, Christum scilicet in tradendis præceptis quæ extant Matthæi v, & deinceps, interpretem tantum agere legis per Mosem datæ. Aliud enim sonant verba toties repetita, *Audistis dictum fuisse veteribus: Ego vero dico vobis*: quæ oppositio, sed & Syriaca & aliæ versiones ostendunt, illud *veteribus* significare ad veteres, non à veteribus; ut *vobis*, est ad vos, non à vobis. Veteres autem illi non alii fuerunt, quam qui Mosis tempore vivebant; nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legisperitorum sunt, sed Mosis, aut verbo tenus, aut sensu: *Non occides*, Exod xx, 30. *Quisquis occiderit tenebitur judicio*, Levit. xx1. 21. Num. xxxv, 16, 17, 30. *Non machaberis*, Exod. xx, 30. *Quisquis dimiserit uxorem, det ei libellum divortii*, Deut. xxiv, 1. *Non pejerabis, sed reddes Domino, quæ juraveris*. Exod. xx, 7. Num. xxx, 2. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* (supple, reposcere liceat in judicio) Levit. xxxiv, 20. Deuteron. xix, 21. *Diliges proximum tuum* (id est Israëlitam) Levit. xix, 18, & odio habebis inimicum tuum, puta septem populos quibuscumque amicitiam colere quæcumque misereri vetantur, Exod. xxxiv, 11. Deut. vi 1; 1. His addendi Amalecitarum, in quos Hebraei jubentur bellum habere implacabile, Exod. xxv11, 19. Deut. xxv, 19. Sed ad intelligentiam verborum Christi omnino notandum, legem per Mosem datam dupliciter accipi: aut secundum id quod commune habet cum aliis legibus, quæ ab hominibus condi-

solent, quatenus scilicet graviora delicta peccatorum ad spectabilem formidinem coercet, Hebr. 11, 2. & populum Hebræorum hac ratione in statu civilis societatis continet, quo sensu dicitur *νόμος ἐν τῷ λαῷ σαρκετικῆς*, Hebr. vi11, 13. & lex factorum. Rom. 111, 27: aut secundum id quod legis Divinæ est proprium, quatenus scilicet etiam mentis requirit puritatem, & actus aliquos, qui sine temporali peccata omitti possunt: quo sensu vocatur *νόμος πνευματικῆς*, Rom vi11, 14. exhilarans animum, Psalm xix, qui Latinis xvi11, 9. Legis periti & Pharisei, priore illa parte contenti, secundam, quæ prior est, insuper habebant, neque inculcabant populo: quod verum esse non ex nostris duntaxat libris, sed ex Josepho quoque & magistris Hebræorum ostendi potest. Sed etiam secundam hanc partem quod atinet, sciendum est, virtutes, quæ à Christianis exiguntur, etiam Hebræis aut commendari, aut præcipi, sed non præcipi in eo gradu ac latitudine, quo Christianis. Utroque autem hoc sensu Christus sua præcepta opponit veteribus: unde liquet, verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem sciti non ad hoc tantum, quod nunc in manu est, refert, sed & ad multa alia, ne legis Hebræicæ auctoritate supra quam æquum est utamur. Omissis ergo argumentationibus quæ minus se nobis probant; Primum ac præcipuum testimonium quo bellandi jus à Christi lege non plane tolli probamus esto Pauli illud ad Timotheum 1, 11, 1. 2. 3: *Hortor ergo ante omnia ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibusvis hominibus: pro regibus & quibusvis in eminentia constitutis: ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac sanctitate. Nam id bonum gratumque est apud Deum servatorem nostrum, qui omnes homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire. Tria enim hinc docemur: Gratum esse Deo ut reges fiant Christiani: ut Christiani facti*

facti reges maneat: quod ita expressit  
 Justinus Martyr: *Ἰχμῆθη τῆς βασιλείας  
 καὶ ἀρχῆς ἐστὶ βασιλικῆς διαίτησις καὶ σὺ-  
 φρονία τὸ λαοσμονεῖον ἐκείνης διαθήται.* Hoc pre-  
 camur, ut Reges & Principes simul cum  
 regali potestate etiam sanam mentem conse-  
 quantur: & in libro cui nomen constitu-  
 tiones Clementis, precatur Ecclesia *Χε-  
 σιωνὰ τὰ τέλη*. id est, magistratus Chri-  
 stianos: Deinde & hoc Deo gratum es-  
 se, ut Christiani reges Christianis aliis  
 vitam tranquillam præsentent. Quomodo  
 vero? Alibi id explicat Rom. xii, 4.  
*Dei minister est tuo bono, quod si feceris,  
 quod malum est, metue, non enim frustra  
 gladium gerit: nam Dei minister est, vin-  
 dex ad iram ei, qui quod malum est fece-  
 rit.* Jure gladii per complexionem omnis  
 quidem coercitio intelligitur, quomodo  
 etiam apud Jurisconsultos interdum,  
 sed ita tamen ut pars ejus summa, id est  
 verus gladii usus, non excludatur. Huic  
 loco illustrando non parum servit Psal-  
 mus secundus, qui quamquam in Davide  
 suam habuit veritatem, plenius tamen &  
 perfectius ad Christum pertinet: ut dis-  
 cere est Actor. iv, 25. xii, 33. Hebr.  
 v, 5. Is autem Psalmus reges omnes hor-  
 rat ut Dei filium venerabundi susci-  
 piant: hoc est, ut se ministros ei exhi-  
 beant, qua reges sunt scilicet, ut recte  
 explicat Augustinus, cujus verba ad hanc  
 rem pertinentia apponam: *In hoc reges,  
 sicut eis Divinitus præcipitur, Deo serviunt,  
 in quantum reges sunt, si in regno suo bona  
 jubeant, mala prohibeant, non solum quæ  
 pertinent ad humanam societatem, verum  
 etiam quæ pertinent ad Divinam religionem.*  
 Et alibi: *Quomodo ergo reges Domino ser-  
 viunt in timore, nisi ea quæ contra jussa  
 Domini sunt religiosa severitate prohiben-  
 do atque plectendo? Aliiter enim servit qua  
 homo est, aliter qua rex est. mox: In hoc  
 ergo serviunt Domino reges in quantum  
 sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum  
 illi, quæ non possunt facere nisi reges. Se-  
 cundum argumentum præbet nobis is  
 ipse locus, cujus partem citavimus, ad*

Rom. xii, ubi potestas summa, qua-  
 lis est regia, à Deo esse dicitur, & Dei  
 ordinatio vocatur, unde infertur, ei &  
 parendum & honorem exhibendum, &  
 quidem ex animo: & qui ei resistit, cum  
 Deo resistere. Si ordinationis voce res  
 intelligeretur quam Deus tantum non vult  
 impedire, quomodo se Deus habet circa  
 actus vitiosos, jam inde nulla honoris,  
 nulla obedientiæ, ad animum maxime  
 pertinentis, obligatio sequeretur: nec  
 quicquam diceret Apostolus, ubi hanc  
 potestatem tantopere prædicat atque  
 commendat, quod non latrocinii &  
 furis conveniret. Sequitur ergo ut ordi-  
 nata hæc potestas voluntate Dei appro-  
 bante intelligatur: unde porro infertur,  
 cum Deus sibi contraria non velit, hanc  
 potestatem cum voluntate Dei per Euan-  
 gelium revelata, & omnes homines ob-  
 ligante, non pugnare. Neque eliditur  
 hoc argumentum eo, quod qui in imperi-  
 is erant eo tempore cum hæc Paulus  
 scriberet, dicuntur alieni fuisse à Chri-  
 stiana pietate: nam primum id ita uni-  
 versim verum non est. nam Sergius Pau-  
 lus Cypri praprotor Christo nomen pri-  
 dem dederat, Actor. xii, 12. ut jara  
 taceam quod de Edessenorum rege vetus  
 fama tradidit, non nihil forte falso in-  
 quinata, sed ut videatur ex vero origi-  
 nem trahere. Deinde, non de personis  
 quaeritur an impie fuerint, sed an illa  
 functio in illis impia fuerit: quod dici-  
 mus ab Apostolo negari, quando illam  
 functionem dicit à Deo institutam etiam  
 pro illo tempore, ac propterea honoran-  
 dam etiam intra animi recessus, quibus  
 proprie solus Deus imperat. Potuit ergo  
 & Nero, & rex ille Agrippa, quem ad  
 Christi religionem amplectendam Paulus  
 tam serio invitavit, Act. xxvi, Christo se  
 subicere, & retinere hic regiam, ille  
 imperatoriam potestatem: quæ sine jure  
 gladii & armorum intelligi nequit. Sicut  
 ergo olim pia erant sacrificia secundum  
 legem, quamvis ab impiis sacerdotibus  
 celebrata; sic pia res est imperium, quam-  
 vis

vis ab impio teneatur. 5. Tertium argumentum petitur ex Joannis Baptistæ verbis, qui serio interrogatus à militibus Judæis (cujus gentis multa millia Romanis militasse ex Josepho & aliis scriptoribus manifestissimum est) quid haberent faciendum ut iram Dei effugerent: non eos militia abire jussit, quod facere debebat, si ea erat Dei voluntas, sed abstinere concussionibus & fallaciis, stipendiisque esse contentos, Luc. 111. 14. Ad hæc Baptistæ verba, cum apertam satis militiæ approbationem contineant, multi respondent, quæ Baptista præscripsit ita discrepare à Christi præceptis, ut aliud docere potuerit Baptista, aliud Christus: quod quo minus admittam hæc obstant. Joannes & Christus eodem exordio doctrinæ quam afferbant summam indicarunt: *Respicite, appropinquavit enim regnum cælorum*, Matth. 111. 2. 1v. 17. Christus ipse regnum cælestè (id est legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos est) dicit cœpisse invadi à diebus Baptistæ, Matth. x1. 12. Joannes dicitur prædicasse baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, Marc. 1. 4. Tantumdem fecisse dicuntur Apostoli Christi nomine, Act. 11. 38. Exigit Joannes fructus dignos poenitentia, & iis qui talem fructum non profecerunt excidium minatur, Matth. 111. 8, & 10. Exigit opera dilectionis supra legem, Luc. 111. 11. Lex dicitur durasse usque ad Joannem, id est ab illo incepisse doctrina profector. Matth. x1. 13. Et principium Evangelii à Joanne ducitur, Marc. 1. 1. Luc. 1. 77. Ipse Joannes hoc nomine major Prophetis, Matth. x1. 9. Luc. v11. 26. missus scilicet ad dandam cognitionem salutarem populo, Luc. 11. 77. ad Evangelium annuntiandum. Luc. 111. 18. Neque usquam Joannes Jesum à se distinguit præceptorum discrepantia (quanquam quæ generalius & confusus, & rudimentorum more à Joanne sunt indicata, eadem diserte tradidit Christus vera lux) sed eo quod Jesus esset promif-

sus ille Messias, Act. x1x. 4. Joan. 1. 29. rex scilicet regni cælestis, qui daturus esset in se confidentibus vim Spiritus Sancti, Matth. 111. 11. Marc. 1. 8. Luc. 111. 16. 6. Quartum hoc est argumentum, quod mihi ponderis non exigui videtur: Si tollatur jus capitalium suppliciorum, & armis cives tuendi adversus latrones ac prædones, maximam inde secururam scelerum licentiam & quasi diluvium malorum, cum nunc quoque constitutis judiciis ægre reprimatur improbitas. Quare si mens Christi fuisset, talem rerum statum, qualis auditus nunquam fuerat, inducere, haud dubie verbis quam maxime disertis ac specialibus edicendum ei fuerat, ne quis de capite judicaret, ne quis arma ferret; quod fecisse nusquam legitur: nam quæ adferuntur, aut valde sunt generalia, aut obscura. Docet autem ipsa æquitas & communis ratio, non tantum verba generalia contrahi, & ambigua eommode explicari, sed & à proprietate usuque recepto verborum discendi nonnihil, ut is sensus evitetur qui maxima secum incommoda sit allaturus. 7. Quintum sit, quod nullo argumento ostendi potest lex Mosis, quæ ad judicia pertinebat, desuisse priusquam urbs Hierosolyma excinderetur, & cum ea tum spes tum spes reipublicæ concideret: nam neque in lege Mosis ullus terminus isti legi præfinitur, neque Christus aut Apostoli usquam de istius legis cessatione loquuntur, nisi quatenus id comprehensum videri potest in reipublicæ (ut diximus) destructione: imo contra Paulus summum pontificem ait constitutum ut iudicium ferret secundum legem Mosis, Act. xxiv. 3. Christus ipse in præfatione præceptorum suorum ait, non venisse se ad solvendam legem, sed ad implendam, Matt. v. 17. quod quem de ritualibus sensum habeat non obscurum est: implentur enim lineamenta adumbrantia, cum perfecta rei species exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus quomodo

verum esse potest, si Christus, ut quidam existimant, adventu suo ea sustulit? Si autem mansit obligatio legis quamdiu stetit Hebræorum respublica, sequitur ut Judæi etiam ad Christum conversi, si ad magistratum vocarentur, eum desuagere non potuerint, & ut judicare non aliter debuissent quam Moses præscripserat.

8. Ego sane omnia expendens ne levissimam quidem conjecturam reperio, qua motus vir aliquis pius illa tunc Christi loquentis verba audiens aliter existimare potuerit. Illud agnosco, ante Christi tempus quædam fuisse permissa, sive quoad impunitatem externam, sive etiam quoad animi puritatem (nunc enim ista distinctius exquirere, nec opus, nec otium est) quæ Christus suam disciplinam sectantibus licere noluit, ut ob qualemcumque offensam uxorem dimittere, ab eo qui læserit in judicio exigere ultionem: sed inter Christi præcepta & illas permissiones est diversitas quædam, non est repugnantia. Nam qui uxorem retinet, qui ultionem sibi privatim debitam remittit, nihil facit contra legem; imo hoc facit quod lex maxime vult. Longe aliud est in judice, cui lex non permittit, sed imperat ut homicidam morte puniat, reus ipse futurus apud Deum ni fecerit. Huic si Christus interdicit ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, solvit legem.

9. Sextum sit argumentum ab exemplo Cornelii Centurionis, qui & Spiritum sanctum, signum indubitatum justificationis, à Christo accepit, & in nomen Christi à Petro Apostolo baptizatus est: militiam autem abdicasse aut ad eam abdicandam à Petro monitus non legitur. Sunt qui respondeant, cum de religione Christiana à Petro sit institutus, simul censeri debere institutum de militia deferenda. Hi, si quidem certum esset atque indubitatum inter Christi præcepta contineri interdictum militiæ, aliquid dicerent: sed cum id nusquam alibi dicitur existeret, certe de ea re aliquid hoc sal-

tem loco, qui id maxime poscebat, dicendum fuerat, ne post ventura ætas officii sui regulas ignoraret. Neque vero solet Lucas, ubi personarum qualitas specialem quandam vitæ mutationem desiderabat, id silentio præterire, ut videre est tum alibi, tum Actor. cap. xix. 19. 10. Septimum huic simile petitur ex eo quod de Sergio Paulo cepimus dicere: nam in ejus conversi historia nullum est indicium ejurati magistratus, aut admonitionis factæ ut ejuraretur. Quod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maxime attineat; id nec factum censendum est.

11. Octavum esse potest, quod Paulus Apostolus, intellectis Judæorum in se insidiis, Tribuno indicari eas voluit; & cum Tribunus milites ei addidisset, quorum præsidio in itinere adversus vim omnem tutus esset, nihil contraxit, neque Tribunum aut milites monuit, Deo non placere ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occasionem edocendi officii aut omittere ipse, aut omitti ab aliis vellet, 2 Tim. iv. 2.

12. Nonum accedat, quod rei honestæ ac debitæ finis proprius non potest non esse honestus ac debitus. Tributa ut solvamus honestum est, atque etiam præceptum conscientiam obligans, ut Paulus Apostolus explicat: tributorum autem finis est, ut potestates publicæ habeant unde sumtum faciant ad bonos tuendos ac coercendos malos, Rom. xiii. 3, 4, 6. Tacitus apposite ad hanc rem: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Cui dicto simile est Augustini illud: *Ad hoc tributa præstamus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur.* 13. Decimum argumentum præbet locus ille Actor. xxv. 11. ubi Paulus ita loquitur: *Si injuria quenquam affeci, & dignum aliquid morte commisi, non recusato mori.* Unde colligo ita censuisse Paulum, etiam post publicatam Evangelii legem quædam esse crimina quæ morte plecti æquitas ferat,

Καὶ γὰρ ἀποκτείνης ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαιύνεις.  
 Ἀγρὸν γειτονέου ἀπόχευ, μηδ' ἀγρὸν ὑπερβῆς.  
 Πᾶς ὄρος ἐστὶ δίκαιος, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.  
 Κτήσις ὀνήμιος ἐστὶ ὁσίων· ἀδίκων δὲ πονηρά.  
 Μὴ δέ τιν' αἰξόμυρον λωβήσῃ καρπὸν ἀγροῦ.

Etiamsi namque occideris hostem, tuam manum  
 polluis.

Ab agro vicini abstine, neque transi.

Omnis terminus est justus: transgressio vero vi-  
 tiosa.

Possessio utilis est sanctorum, injustorum vero  
 prava.

Ne quem crescentem læseris fructum agri.

ΕΨΩΣΑΝ

aut etiam exigat: quod & Petrus docet, 1 Epist. cap. 11. 19, 20. Quod si ea tum fuisset Dei voluntas, ut capitalibus judiciis abstereretur, potuerat quidem purgare se Paulus, sed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quasi capite plectere nocentes nunc non minus quam olim liceret. Probato autem capitales pœnas post Christi adventum recte exerceri, simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adversus nocentes multos & armatos: qui ut rei fiant, acie vincendi sunt. Vires enim & ad resistendum audacia nocentum, sicut in prudenti deliberatione suum habere momentum potest, ita de jure ipso nihil imminuit. 14. Undecimum esse potest, quod Christi lex solam legem Moïsi, qua gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Ephes. 11. 14. 15. Quæ au-

tem natura, & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, ut sub generali præcepto omnis honesti ac virtutis comprehenderit. Phil. 17. 8. 1 Cor. XI. 13, 14. Jam vero criminum pœnæ & arma, quæ injuriam arcent, natura habentur laudabilia, & ad justitiæ, & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic obiter notandus eorum est error, qui Israëlitarum jus ad bellum deducunt ex eo solo quod terram Canaanam illis Deus dedisset. Est enim hæc justa quidem causa, sed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella gesserunt: & ipsi Israëlita postea aliis de causis, ut David ob legatos violatos. Tum vero quæ humano jure quisque possidet, non minus ejus sunt, quam si Deus donasset, id autem jus per Evangelium non tollitur. Idem.

Ἐΰωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπιήλυδες ἐν πολιήταις.

Πάντες γὰρ ξενίης περιήσονται πολυμόχα.

Ὡς ξένοι ἀλλήλων· ξεινός δέ γε ἔτις ἐν ἡμῖν

Ἔοσετ', ἐπεὶ πάντες βροθὶ αἵματι· ὃξ ἐνός ἐσέ.

Χώρα δ' ἔτι βέβαιον ἔχει ἥπον ἀνθρώποισι.

40 Μὴ δὲ φέλεις πλεῖν μηδ' ὄχα· ἀλλὰ τόδ' ὄχα,

Sint in pari honore advenæ cum civibus.

Omnes enim peregrinatione circumvehuntur æ-  
rumnosa

Tanquam hospites alter alterius. Peregrinus vero  
nullus inter nos

Erit, quia omnes homines sanguine ex uno estis.

Terraque non perpetuum habet locum homini-  
bus

Non velis ditescere, neque opta: sed hoc opta,

Zlw

40 Μὴ δὲ φέλεις πλεῖν &c.] Non so-  
lum autem non profunt divitiæ amato-  
ribus suis, imo etiam multum nocent.  
Inquinant enim eos, cruciant & occi-  
dunt. Ad primum facit illud verbum  
Bernardi: Beatus qui post illa non abiit,  
quæ possessa onerant, amata inquinant.  
Ad secundum facit illud quod dicit Se-  
neca: Projice quæ cor tutum laniant:  
quæ si aliter abstrahi nequirent, cor ip-  
sum cum eis avellendum esset. Ad ter-  
tium facit quod cum Constantinus dedit  
imperium ecclesiæ, audita est hæc vox:  
Hodie infusum est venenum ecclesiæ Dei.  
Divitiæ ergo ut venenum se habent ad a-  
matores suos; interficiunt enim eos. Ideo

miratur David quare diligantur, dicens:  
Ut quid diligitis vanitatem? &c. Et Prov.  
1. Usque quo parvuli diligitis infantiam?  
&c. Ipsæ etiam divitiæ quodammodo ne-  
amentur clamant, dum tot afflictio-  
nes faciunt amatoribus suis. Unde Gregor.  
Mundus iste dum tot afflictionibus pulsatur,  
tot calamitates ingeminar, quid aliud  
nisi ut non diligatur clamar. Quod autem  
divitiæ sint utiles contemptoribus suis,  
patet ex hoc quod earum contemptores  
licet pauperes sint, ex contemptu earum  
regnum æternum emunt. Quarta stul-  
ticia avari est, quod ea custodit quæ cu-  
stodita perduntur, perdita vero custo-  
diuntur. Quod ostendi potest per simile

de

de frumento, quod si custodiatur perditur, si seminando perdat, renovatur & multiplicatur. Unde super illud Matt. 16. *Qui voluerit animam suam salvam facere perdet eam, dicit glos. Quasi dicatur agricolæ: Si frumentum servas perdis: si seminas, renovas. Ad idem facit illud Ecclesiast. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum & non abscondas sub lapide in perditionem. Lapis vocatur cordis duritia. Sub qua dum absconditur, in perditionem absconditur: quia dum servari creditur, perditur. Et non solum perditur, imo etiam perdit dominum suum, quod deterius est, Unde Bernard. loquens de bonis temporalibus, dicit: Utinam tantum congregata perirent, & non congregator eorum. Tolerabilis esset insudare labori perituro, quam perempturo. Quinta stulticia avari est in expendendo prodige: quod facit dum pretiosum lumen rationis consumit, in quærendo temporalia quæ vilia sunt. De hoc lumine dicitur in Ps. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Lumen vultus Dei, ratio est, quia secundum eam Dei imago sumus. Lumen ergo rationis est signatum super nos: quia impressum est nobis sicut imago sigilli cereæ imprimitur. Hoc lumen valde pretiosum est, sicut potest ostendi tripliciter. Primo per hoc, quod secundum illud Deo similes sumus. Secundo per hoc, quod prævalet toti mundo absque creaturis rationalibus: quod patet per hoc, quod si alicui lumen rationis tenebrescat, per insaniam vel alio modo, melius est illi lumen restitui, quam totum mundum ei acquiri. Tertio potest idem ostendi per hoc, quod sol & luna & omnia alia luminaria cæli, imo etiam omnes creaturæ visibiles deserviunt huic lumini, & sunt quasi ad accendendum illud. Unde manifestum est quale sit lumen istud, cui tam pretiosa luminaria deserviunt. Valde enim parvis candelis solent accendi valde magni cerei. Hoc lumen expendunt avari in quærendo temporalia quæ Apostolus arbitra-*

tus est ut stercora, quem non credimus fuisse deceptum in sua arbitratione. Si quis candelam quinque denariorum expenderet quærendo unum obolum, valde fatuus reputaretur; quanto insipientior reputandus est avarus qui lumen pretiosum, imo impreciable in congregando lutum expendit? Vere insanus est avarus qui vicinos suos reprehendit de hoc quod ceram consumunt, cum sebum eis sufficere possit, dicens: *Ut quid perditio hæc?* seipsum vero non reprehendit de perditione talis & tanti luminis. Lumen istud regnum est datum homini, ut eo circa se & Deum utatur. Avarus vero eo utetur circa jumenta sua, ipse vero remanet in tenebris. Jumenta sua ad lumen comedunt, ipse vero comedit in umbris, unde Ecclesi. 5. dicitur de avaro: *Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque tristitia.* Et quia in tenebris comedit, ideo noxia & venenata comedit. O quam fatuus reputaretur qui ad præsepe jumentorum suorum cereum magnum poneret, ad mensam vero suam esset sine lumine. Sed insipientior eo est avarus, qui nec solum lumen rationis prodige expendit, imo seipsum, dum se totum rebus suis largitur ordinandis & excolendis, & de se nihil retinet subsistens, cum ipse amplius regimine & cultura indigeat. Sexta stulticia est in acquirendo. Fatuus operarius est, qui sciens aliquam bonam artem ex qua potest lucrari decem marcas in die; & facit vile opus unde tantum quatuor denarios acquirit. Insipientior est avarus qui labore diurno tantum lucratur aliquid terrenum, cum labore eodem, vel minori, & quandoque majori si propter Deum faceret, posset lucrari regnum cælorum. Ad quod pertinet illud Gregorii: Fatuum est inde temporalia quærendo, unde possumus æterna habere. Minuit Dominus hominem paulo minus ab angelis, sed homo ex avaritia sua minuit se multo amplius à jumentis, cum reducit se ad illud opus in quo multo minus valet homo quam equus.

*Zlē d'apo t'p' oligōn, mhdein te ēchonta adikon.*

Ut vivas paucis contentus, nec quicquam possideas injustum.

H Φι-

Locatur enim equus duodecim denariis, quando homo locat se nisi quatuor. Unde nisi homo laborem suum ad Deum referat: à quo aliam mercedem recipiet, inferior jumentis quantum ad hoc est. Fatuus etiam negotiator est avarus, qui simpla pro centuplis non vult commutare. Unde Bernardus loquens de verbo isto, Centuplum accipietis &c. dicit, quid insanix est quod cunctamur relinquere simpla pro centuplis? Ubi cupidus? ubi ambitiosus? ubi conquisitor hujus seculi? Fatuus est qui ad hoc laborat ut spinæ divitiarum sibi multiplicentur quæ eum pungant in præsentis variis curis, & occasionaliter succendent eum in inferno. Nunquid colliget avarus de spinis istis uras, aut de tribulis ficus? Imo etiam in præsentis inveniet in illis molestiam & asperitatem in quibus quæsit suavitatem. Avarus etiam talpæ similis est, quæ quicquid fodit, super humeros proprios ponit. Sic avarus ea quæ male acquirit, quodammodo super se ponit. Impediunt enim eum ne ad vitam gratiæ suscitari possit. Unde divitiis quas acquirit cumulat se. Avarus etiam similis est, secundum Bernard. homini qui suffocatur in aqua, qui non dimittit quicquid tenere potest. Et cum deberet amplecti tabulam poenitentix quæ eum à naufragio liberaret, potius amplectitur aurum & argentum & cætera ponderosa, quæ mergunt eum in profundum inferni. Et ut breviter dicam, Avarus antequam lucretur, se ipsum perdit, & antequam aliquid capiat, capitur. Justo enim judicio Dei fit, sicut dicit August. ut à divitis quas injuste capere

voluit, capiatur justissime, imo quod deterius est ipsis divitiis, quasi quadam esca à diabolo capiatur. Septima stultitia est, quod nec solum expendendo vel acquirendo insipienter agit avarus, sed etiam custodiendo. Quod avarus stulte agat, custodiendo divitiis. Et hæc quatuor de causis. Primo quia thesaurizat ubi omnes antecessores sui thesauros amiserunt, scilicet in mundo isto. Unde Osee 7. *Ephraim factus est sicut columba seducta, non habens cor: id est, sapientiam.* Hæc est insipientia columbæ, quod pullos suos ibi ponit ubi omnes amittere consuevit. Secundo, quia custodire vult quæ durabilia non sunt. Temporalia ista quatuor de causis consumuntur. Primo, propter corruptibilitatem propriam. Unde Jacob. 5. *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseris vestris quæ evenient vobis. Divitiæ vestra putrescunt &c.* Secunda causa est aliena rapacitas. Unde Matth. 6. de ista causa & præcedente dicitur: *Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra, ubi arugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur.* Tertia causa est superbia quam divitiæ pariunt, quæ postea divitiis consumit. Unde August. Vermis divitum superbia est. Quarta causa est, ampla familia quam divitiæ requirunt. Unde Eccl. 5. *Ubi multa sunt opes, ibi multi sunt qui comedunt eas.* Et quid prodest possessori nisi quod cernit eas oculis suis. Tertio insipienter agit avarus custodiendo, quia vult sua secum habere, cum securius possint sibi alio custodiri. *Peralidus.*

Η φιλοχρημοσύνη μητὴρ κακότητος ἀπάσης.  
 Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν ἢ εἰς ἀργυρον· ἐν δ' ἀρα καὶ τοῖς.  
 Ἐσεται ἀμφήκης θυμοφθόρος ἐνθά σίδηρος.  
 Χρυσὸς αἰεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἀργυρος ἀνθρώποισι.  
 Χρυσὸς κακῶν δόρυ γέ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπων,  
 Εἶθε σε μὴ θνήσκῃσι χυεῶς πῆμα ποθεινόν.  
 Σὺ γ' ἔκκη, μάχαι τε, λεηλασία τε, φόνοι τε,  
 Ἐχθρὰ δ' τέχνα γινῶσιν, ἀδελφείοί τε συναίμοις.  
 41 Μὴ δὲ δόλους ῥάπειν· μὴ πρὸς φίλον ἢ τρεοπλίζειν.

Amor pecuniæ mater est malitiæ omnis.  
 Ne desiderium sit auri vel argenti. in his enim  
 Erit utrinque acutum, animum corrumpens ibi  
 ferrum.

Aurum semper fraus est & argentum hominibus.  
 O aurum malorum dux, vitæ labes, omnia ever-  
 tens,

Utinam tu mortalibus non esses malum deside-  
 rabile.

Tui enim gratia, pugnae, & prædæ: & cædes,  
 Infensique liberi parentibus, fratresque confan-  
 guineis.

Ne fraudes consuas, neque contra carum cor ar-  
 mes te.

42 Μηθ'

41 Μηθὲ δόλους ῥάπειν] Ut primum de  
 voce dicamus: Quod Latinis est dolus, | Græci dicunt δόλον, ita ut uxor eorum &  
 nostra, propemodum sit eadem. Hebræi  
 vero

veio dicunt *Mirma* vel *Remtia*. Deinde hoc sciendum est, dolum ibi esse prohibitum, ubi aliquid subest latens, quod occultetur, ne dolum pateat aut facile videatur. Unde Plautus agebat: *Doli nisi astu colantur, non sunt doli*. Tantum de nomine. Nunc ad definitionem venio. In ff. de Dolo malo l. 1. Servius Jurisconsultus *dolum malum* ita definit: *Machinationem quamdam esse alterius decipiendi causa, cum aliud agitur, & aliud simulatur*. Ubi cumque igitur dolum est, deceptio intervenit per aliquam simulationem. Verum quidem est, Labeonem Jurisperitum definitionem allatam à Servio reprehendisse, & quidem duobus argumentis. Quorum unum est, quandoque fieri posse, ut aliquis absque simulatione seu dolo malo circumveniatur. Quocirca definitio angustior & contractior, atque id quod definitur, esset. Id autem ut vitiosum ab omnibus reprehenditur. Alterum est, qua nonnulli quandoque per dissimulationem sua vel aliena servant ac tuentur, nullum autem circumveniunt, & nemini nocent. Quare definitio præter id, quod definitur, ad alia posset applicari, quod item, ut vitiosum reprehenditur. Quamobrem ipse ita definit: *Dolum malum esse, omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumvenendum, fallendum, decipiendum alterum exhibitam*. Ulpianus eodem loco sententiam Labeonis probat. Sed pace tanti viri dixerim, à doli ratione Labeo non recte fictionem removet. Ad primum vero ipsius argumentum, assumptum nego, homines nimirum citra simulationem circumveniri, quia nisi stupidi omnino fuerint, non facile adducuntur ad recipiendum & acceptandum, quod sibi damnosum fore aperte viderint. Ideo necesse est, ut species aliqua & fucus accedat, quæ per dissimulationem omnino fiunt. Deinde, cum ait multos esse, qui vel sua vel aliena per simulationem tueantur, id fateor, sed hoc ipsum dolum esse affirmo, licet bonum, ut postea dilucidius ostendam.

Ad rationem itaque doli, fictio vel simulatio semper videtur adhibenda. Quamobrem Servii definitio mihi magis arridet, quam tamen ipse ad dolum generaliter potius, quam ad dolum malum accommodarem, ut ille fecit. Et fortasse ratione adductus, quia deceptionem eam intellexit, quæ damnosa esset. 14. Cicero de offic. lib. 1. simulationem seu fictionem, ad naturam doli maxime pertinere testatur. Scribit enim Aquilium familiarem suum interrogatum, quid esset dolum, respondisse: *Ubi aliud est actum, & aliud simulatum*. Huic sententiæ Augustinus ad stipulatur, qui super Joannem tract. 7. ea verba exponens, quæ Christus de Nathanaele protulit: *Ecce verus Israelita, in quo non est dolum*, ait: *Tum dolum est, cum aliud agitur & aliud fingitur, &c.* Utque id obiter dicam, ex eo loco facile colligitur, Augustinum conciones ad populum sermone Latino habuisse, quod Africi Romana lingua uterentur, quavis non pura, sed in aliquibus vocibus corrupta. Nam ibi Augustinus plebem admonuit, dolum non significare dolorem, ut multi corrupte loquebantur, dicentes: *Dolum illum torquet, cum dicendum fuerit dolum*, ut itaque ambiguitatem tolleret, dolum, inquit, fictio & simulatio est. Atque ibidem, ut fictionem doloſam exprimeret, adjecit, eam à duplicitate cordis proficisci, Psalmum adducit 12. ubi cum agitur de dolosis, ii corde & corde à Davide locuti esse dicuntur, hoc est, velle interpretatur, una parte cordis veritatem, & quomodo res habeat, perspiciunt, altera vero simulationem ac fraudem deponunt. In illis vero, inquit, non est dolum, qui cum se peccatores videant, se pro talibus habent, neque justitiam simulant, vel jactant, ut Pharisæus agebat, cum juxta Publicanum oraret, utque cæteri faciunt hypocritæ. Nathanael in se dolum non habuit, non quidem in universum, quoniam omnis homo est mendax, & sicut scribit Paulus,

lus, in carne nostra non habitat bonum, cum tota sit dolosa & fraudulenta. De Christo tantum dici potuit in universum, quod careret dolo. Sed tamen illi sunt beati, ut cecinit David, quibus Dominus non imputavit peccatum, & in spiritu eorum non est dolo. Quia enim sunt regenerati, præsertim quoad spiritum, candide ac simpliciter agunt: talemque fuisse Nathanaelem Christus perhibet. Idem Augustin. Tomo 10. in lib. 50. Hom. homil. 1. id exponere quod in Davide Psal. 33. habetur: *Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Tum, inquit, dolum esse, cum aliud in pectore clausum habetur, & aliud promitur, aut verbo aut actione, quemadmodum adulatores faciunt, qui contra quam sentiant, aliquos commendant, ut vel frui eorum cibo, vel aliquo beneficio queant ab illis affici. Quod autem ipse de adulatoribus ait, de inimicis & detractoribus potest accipi. Ut vero deceat homines candide ac simpliciter agere, vel Ethnici viderunt. Unde apud Homerum Achilles inquit: Se non minus ac mortem eos homines odisse, qui aliter loquantur quam sentiant. Proinde in hac definitione doli pro genere, non male poni existimamus, machinationem ad aliquem decipiendum, cum aliud agitur & aliud simulatur. 15. At post definitionem adhibenda est distinctio. Dolus quippe alius & bonus, & alius est malus. Bonum illum vocamus, qui est innoxius, cumque nulli noceat, interdum prodest. At malus dolus noxius est, & semper alicui officit. Posita membra facile possunt exemplis illustrari. Dolo bono, nutrices erga parvulos quos placent & oblectant, subinde utuntur. Nam cum eis permulta & simulant & fingunt. Medici quoque sic decipiunt ægros, ut sanentur. Quin & Chrysothomus de Sacerdotio lib. 1. scribit, quendam medicum febricitantem hominem ita circumvenisse, ut bibendo*

aquam putaverit se vinum bibere. Ac idem Chrysothomus testatur, se bono dolo usum esse, ut Basilium induceret ad Episcopatum suscipiendum, cum ab eo instituto esset alienus. David hoc genere doli, manus evasit Regis Palæstinorum: Se quippe stultum finxit, ita ut Rex illum indignum judicaverit, in quem animadverteret. De dolo autem malo complura exempla in divinis literis extant, inter quæ est Ehad factum, quod in libro Judicum sumus interpretati. Et id præterea, quod Hebræi fecerunt, cum ex Ægypto egrederentur, ut preciosas vestes, anrea & argentea vasa cum à vicinis, tum ab amicis mutuo peterent, quæ tamen ab eis penitus auferre volebant. Huc etiam pertinet, quod Chusei Arachites in Absalomo decipiendo fecit. Ad hoc item genus id spectat, quod Simeon & Levi perpetrarunt adversus Æmor & Sichemitas. Possent & alia permulta referri, si velim in re dilucida frustra laborare. 16. De primo genere doli, quod bonum appellatur, & innoxium est, quin eo liceat uti, minime vertitur in controversiam. De altero ambigitur; De quo si rogaret, ita respondendum censerem: Dolo malo cum amicis non esse agendum, sed contra hostes non prohiberi, quod instar armorum sit. Unde si adversus eos liceat armis justis bella gerere, doli quoque admittentur, juxta illud Poætæ:

*Dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

Observandum tamen de iis hostibus nos loqui, quos vel Deus ipse, vel Respub. vel justus Magistratus declaraverit, non quos privatus quisque sibi odio habendos susceperit. Ad hæc non dubito, quin cum liceat vim vi repellere, quando alia via evadendi non conceditur: fas quoque sit dolis contra dolos abuti. Nam qui vim vi repellit, ut leges concedunt, non est habendus privatus, cum à Magistratu armatur, unde non contra legem, sed ex

lege agere convincitur: Ira illi qui repente opprimitur, dolo malo evadere si possit, conceditur. Docent præterea Scripturæ, hoc doli genus justum esse. Hieronymus quippe ait, habeturque in Decretis 22. quæst. cap. Utilem. Jehu probe simulasse cum Sacerdotibus Baal, qui cum non potuisset omnes interficere, si ab aliquibus eorum, cædem fuisset aspiciendus. Quare ut eos omnes simul haberet, se finxit velle colere Baal, multo studiosius quam Achabum, atque ita omnes ad unum interemit. Sed hoc videtur observandum, ut qui sic per dolum perduntur, criminosi admodum sint, atque ut vulgo dicitur, notorii, talesque, ut ordinaria via coerceri nequeant. Quæ ratione à nonnullis Rex Daniæ commendatur, qui perniciosissimos latrones, quos capere non poterat, dolo perdiderit. Is enim bello simulato, ad quod omnes convocabat, ut sibi stipendia facerent, iis quoque latronibus impunitatem facinorum hæcenus commissorum, promissit. Ego vero hæc exempla; ut postea sum dicturus, non ita simpliciter probarem. Augustinus, ut habetur 14. quæst. 5. in capite: Dixit (estque locus in quæstionibus ejus super Exodum) ostendit deceptos ab Israëlitis Ægyptios, cum vasa aurea & argentea mutuo ab eis acceperunt, nec tamen id eis vitio vertendum fuisse, cum tamen dubium nemini sit eos dolo malo egisse. Idem 23. quæst. 2. cap. Dominus, quod est ex illius quæst. super librum Jehosue defumptum, id commemorat, quod Deus præcepisse dicitur, ut Hebræi omnes civitatem Hai ex insidiis oppugnarent, quod minime dubium est ad dolum pertinere. Hieronymus super 17. cap. Ezechielis, sententiam illam, ut secularem adducit:

*Dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

Sed tamen acquiescit, licet ibi locum ha-

bere posse neget, ubi iuramentum interpositum fuerit. Sed id mox explicabo. Ambrosius 14. quæst. 4. Dolum seu fraudem usurariam adversus hostes concedit, & locum Deut. quo Deus Judæis largitur, ut exteris scenerentur, hoc modo interpretatur, quod ubi jus belli datur, ibidem usura quoque locum possit habere. Bona quippe hostium nostra sunt & ab eis possunt legitime auferri. Id autem seu vi seu fraude fiat, nihil refert. Sunt qui & illud posterioris Epist. ad Cor. adducant cap. 12. *Cum callidus essem, dolo vos cepi.* Sed ad rem non facit, cum ibi Apostolus *ego* quam manifestissime utatur. Insimulabatur enim, seu per alios pecunias à Corinthiis accepisset, quas per seipsum recusaverit accipere, quod statim diluit. Quæ vero prius adduximus, liquido probant, adversus hostes dolo & quidem malo fas esse uti, nimirum celando consilia & actiones, operibus & dictis figuratis utendo. Nec jura civilia secus tradunt. In C. de Commercialibus & mercatoribus. l. non solum imperatur non modo ut aurum ad barbaros, Reipub. hostes non perferatur, sed ut subtili dolo sive ingenio, si quod habeant, ab eis auferatur. Et in ff. de Captivis & postliminio reversis, l. nihil interest. decernitur, ut captivi quocunque modo in patriam redeant, & sua bona, & statum pristinum recuperent, seu missi fiant, seu vi, seu per fallaciam evaserint. Quamvis postea in l. postliminii. §. Captivus: id contrahatur, si redierint animo permanendi. Nam si promississent aut jurassent hostibus reditum, non fruuntur jure postliminii. Quare Attilius Regulus non eo beneficio est affectus, qui missus Romam fuerat, ut Senatui permutacionem captivorum suaderet. Quamobrem cum promiserit & in animo habuerit ut revertetur, dolo malo ei juxta leges uti non licuit. *Martyr.*

42 Μήθ' ἕτερον κεύθης κερδίη νόον, ἀλλ' ἀγορεύων.

Neque aliam occultes in corde sententiam, aliam proferas:

Μηθ'

42 Μηθ' ἕτερον &c.] Multa sunt contra mendacium in sacris literis. *Verbum mendax odio habebit justus*, id est, vir bonus, Proverb. xii 17, 5. *Falsiloquentiam & verbum mendax amove a me*, Proverb. xxx, 8: *Perdes loquentes mendacium*, Psal. 57, 7: *Nemini alter alteri*, Coloss. i 11, 9. Et hanc partem rigide tuetur Augustinus: & sunt etiam inter Philosophos, & Poetas qui cum eo sentire videantur. Notum illud Homeri:

*Ille mihi invisus pariter cum faucibus Orci:*

*Cujus mens aliud condit quam lingua profatur.*

Sophocles:

*Aliena vero proloqui nunquam decet:  
At vera certam si cui pestem ferunt,  
Huic danda venia est, si facit quod non decet.*

Cleobulus:

*Mendacium odit quisquis animitus sapit.*

Aristoteles dixit: καθ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φιλόλον καὶ ψεῦτον, τὸ δὲ ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπιπαινετὸν: per se mendacium turpe atque vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis. Neque tamen deest in alteram quoque partem auctoritas: primum in sacris literis exempla laudatorum hominum sine reprehensionis nota: deinde veterum Christianorum pronunciata, Origenis, Clementis, Tertulliani, Lactantii, Chrysostomi, Hieronymi, Cassiani, imo pene omnium ut ipse fatetur Augustinus, ita dissentiens, ut tamen magnam questionem, latebrosam tractationem, disputationem inter doctos alternantem (hac enim omnia ipse verba sunt) agnoscat. Inter Philosophos aperte hinc stant Socrates &

discipuli ejus Plato, Xenophon, & alibi Cicero, & si Plutarcho ac Quintiliano credimus Stoici, qui inter sapientis dotes ponunt mentiri, ubi & quomodo oportet: neque videtur dissentire aliquot in locis Aristoteles, cujus illud καθ' αὐτὸ quod diximus exponi potest communiter, sive re spectata sepositis circumstantiis. Interpres autem ejus Andronicus Rhodius de Medico apud agrotum mentiente sic ait: ἀπειτὰ μὲν, ὀππιτιῶν δὲ σὺν ἔτι: decipit quidem, atceptor non est: Causam addit: ἢ ἢ τί. ὅτι ἐστὶ τὸ ἀπειτῶν ἔτι τοῦ ἀπείρου. ἀλλὰ τὸ ἐπιπαινετὸν: non enim propositum sibi habet decipere, sed servare agrotum. Quintilianus, quem dixi, hanc ipsam partem defendens, pleraque esse ait quæ non tam factis quam causis eorum vel honesta fiant vel turpia. Diphilus,

*Quod pro salute dicitur mendacium*

*Me iudice habere nil potest incommo-  
di.*

Querenti apud Sophoclem Neoptolemo,  
*Non tibi videtur turpe falsiloquentia?*  
Respondet Ulysses,

*Non, si salus nascatur ex mendacio.*

Cui similia ex Pisandro & Euripide adferuntur. Et apud Quintilianum lego: *Nam & mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est.* Eustathius Metropolitæ Thessalonicensis ad secundum Odyssæ: ψεῦδος καὶ κερδὸς ὁ σοφῶν: mentietur sapiens et urgente: ubi & ex Herodoto & Ilocrate testimonium adfert. Tam dissidentium sententiarum conciliatio forte aliqua reperiri poterit ex largiore aut strictiore mendacii acceptione. Neque hic mendacium sumimus, quatenus & imprudenti accidit, quomodo mendacium di-

Μηδὲ ὡς πετροφύης <sup>43</sup> πολύποισ κτ' χώραν ἀμεί-  
βην.

Neque ut saxi adhærens polypus, cum loco mutes.

Πᾶ-

dicere & mentiri apud Gellium discernuntur: sed de eo agimus quod scienter profertur cum significatione quæ mentis conceptui, sive in intelligendo sive in volendo, disconveniat. Nam quod primo *ἢ ἀμείβων* verbis & similibus notis indicatur, sunt mentis conceptus: ideoque non mentitur qui dicit rem falsam quam veram existimat, sed qui dicit rem veram quidem sed quam falsam putat mentitur. Significationis ergo falsitas, id est, quod ad communem mendacii naturam requirimus. Cui consequens est cum vox aliqua aut sermonis complexio est *πολύσημος*, id est, plures uno significatus admittit, sive ex vulgi usu, sive ex artis consuetudine, sive ex figura aliqua intelligibili, tunc si animi conceptus uni istarum significationum congruat, non admitti mendacium, etiam si putetur is qui audit in aliam partem id accepturus. Verum quidem est talem locutionem usurpatam temere non probandam: sed potest ex accedentibus causis honestari: puta si id pertineat ad erudiendum eum qui curæ nostræ est traditus, aut ad evitandam iniquam interrogationem. Prioris generis exemplum ipse Christus dedit, cum diceret, *Lazarus amicus noster dormit*, quod Apostoli accipiebant tanquam de dormitione somni diceretur. Et quod de Templo instaurando ipse dixerat, intelligens hoc de suo corpore, Judæos sciebat accipere de Templo proprie dicto. Sic & cum Apostolis adinstat Phylarcharum apud Hebræos sedes eximias & regi proximas duodecim promitteret, & alibi vini novi potationem in patris regno, satis scivisse videtur non aliter hoc ab illis accipi quam de re-

gno aliquo hujus vitæ, cujus spe ad ipsum momentum Christi ad cælum adscensuri pleni erant. Idem alibi per fabularum ambages populum alloquitur, ne audientes ipsum intelligerent, nisi scilicet animi attentionem talem ac docilitatem afferrent qualem afferri par erat. Posterioris usus exemplum ex profana historia dari potest in L. Vitellio, cui Narcissus instabat, aperiret ambages & veritatem faceret: sed non ideo pervicit, quin suspensa & quo duceretur inclinatura responderet. Dictum Hebræorum huc pertinet:

אם יודע אדם להמיר את דבריו

מושב ואם לא ישתוק

*Si quis novis*

*uti perplexiloquus, recte: sin minus, taceat.* Contra accidere potest, ut tali loquendi genere uti non modo illaudabile sit sed & improbum, puta cum Dei honores, aut amor proximo debitus, aut reverentia adversus superiorem, aut rei quæ agitur natura exigunt ut quod animo cogitatur omnino patefiat: sicut in contractibus diximus id aperiendum quod natura contractus intelligitur exigere: quo sensu non incommode accipi potest Ciceronis illud, *tollendum esse ex rebus contrahendis omne mendacium*, desumptum ex veteri lege Attica κτ' *πῶ ἀγοράν ἀψάδην*; quibus in locis mendacii vox videtur ita laxè accipi ut etiam obscuram locutionem includat. At nos proprie loquendo à mendacii notione id ipsum jam exclusimus. *Grotius.*

<sup>43</sup> Πολύποες] Piscis, an amphibium magis? de quo sic Plin. lib. 9. cap. 29. *Polyporum multa genera: terreni majores,*

quarto

Πᾶσι δ' ἀπλόος ἴδι, τὰτ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρδου.  
 Οσις ἐκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνὴρ ὅς δ' ὑπὸ ἀνάγκης,  
 Οὐκ ἐρέο τ' τέλθ'. βελή δ' ὀθωῶθ' ἐκάσθ.  
 Μὴ γαυρῆσθῶθίη, μήτ' ἀλκῆ, μήτ' ἐνὶ πλάτῳ.

Omnibus vero simplex sis, quæque ex animo profer.

Qui volens injuste facit, improbus vir: qui vero coactus,

Non malum dico profus. Consilium vero redarguitur cujusque.

Non efferris sapientia, neque viribus, neque opibus.

Εἰς

quam pelagii: omnes brachiis, ut pedibus ac manibus utuntur: cauda vero, quæ bifurca & acuta est, incoitu. Est polyphis fistula in dorso quæ transmittunt mare: eaque modò in dextram, nodò in sinistram, transferunt. Natant obliqui in caput, quod prædurum est, sufflatione viventibus. Cæterùm per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhaerescunt, tenent supini, ut avelli non queant. Soli mollium in sicum exeunt. Colorem mutat ad similitudinem loci & maximè in metu &c. Ubi inter mollia reponit, suavis enim & cute caret, interim cirrilli dati, quibus quantum valeat, docet idem cap. seq. Nullum esse atrocius animal, ad conficiendum hominem in aqua, uquiens: luctari enim complexu, & sorber acetabulis, ac numerofo suctu detrahare cùm in naufragos urinantesque impetun cepit. V. quoque Ælianum de Animal lib. 8. cap. 11. Accedit magnitudo, quæ tanta nonnunquam, ut cetis adæquari possit, V. Plin.

ibid. Solertia item ingens, de qua idem nonnulla, ut & Vossius de Idol. lib. 4. cap. 14 qui tamen cum squatina coloris immutationem communem cum habere cap. 5. & ultra biennium non vivere, cap. 3. docet. Caro difficilis concoctu, elixi præstant. In Thaso & Caria optimi habebantur, Athen. lib. 7. Corcyraetiam multos & magnos alebat, Ibid. ubi & ex hoc pisce immodicè comesto in morbum lethalem incidisse ἐψοφύζον illum Philoxenum, narrat: quem admodum crudo gustato obiisse Diogenem Laërtius refert. A capite inprimis, qui ex somniis divinabant, abstinuisset Plur. ait Symposiac. lib. 8. quæst. 10. ut quod turbida ea faciat &c. Plura apud Vossium d. l. passim, Auctorem Sine & Eur. c. 41. Alios Hinc Polyphi, homines rapaces. Plautus Aſinar.

Ego istos novi polypos, qui ubi quid tetigerint, tenent. Hofmannus.

Εἰς θεός ἐστι βφός, δὴ αὐτὸς ἅμα, ἢ πολὺ βφός.  
 Μὴ δὲ παρηγομήσοι κακοῖσι τρέχεται ἡ ἔρη.  
 Οὐκ ἐπιδύαται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκην.  
 Μὴ ὀρεπετὴς ἐς χεῖρας: 44 χαλίνε δὲ ἄγγελον ὀγλώ.

Unus Deus est sapiens, potens simul, & multumdives.

Ne præteritis malis crucia tuum cor.

Nunquam enim potest factum fieri infectum.

Ne sis præceps ad manum, sed compesce sævam iram.

Πολ-

44 Χαλίνε δ' ἄγγελον ὀγλώ] Ad detestationem vero iræ valere possunt verba sacræ scripturæ, quæ nobis dissuadent illam. Genes. 45. *Ne irascimini in via.* Vbi insinuat causa quare fatuum sit irasci. Verbum est Iosephi ad fratres suos ituros ad patrem. Sic & nos sumus fratres in via ad Patrem nostrum cælestem tendentes, & iudicem, qui iustitiam nobis plenarie exhibebit. Singulis diebus facimus unam dietam magnam ad iudicem magnum, & ideo debemus esse in pace. Matth. 5. *Esto consentiens adversario tuo dum es in via, ne forte tradat te adversarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Item Levit. 19. *Non queras ultionem: nec memor eris injuriæ civium tuorum.* Et Job 36. *Non te superet ira, ut aliquem opprimas.* Quo verbo insinuat quod ira hostis sit nos impugnans. Magis timere debemus superari ab ira, quam à quocumque homine. Quidquid enim potest inferre injuriator, minus est quam mors animæ, cujus causa est ira. Item Eccles.

7. *Ne sis velox ad iram.* Et Jacob. 1. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Velox ad iram dicitur quis dupliciter. Uno modo, quia velox est ad salendum in ignem iræ. De facili enim irascitur. Alio modo dicitur aliquis velox ad iram, sicut equus dicitur velox ad calcaria, & post ad stimulum. Multum velox est ad iram qui ira stimulatus transilit chaos magnum quod est inter iram & pacem & inter odium & amorem quum ista maxime à se distent, contraria enim sunt. Multum velox est ad iram, qui quasi in puncto transilit à porta paradisi, scilicet à gratia, ad portam inferni scilicet ad peccatum mortale. Peccatum mortale dicitur porta inferni. Matth. 16. *Porta inferi non prævalebunt adversus eam.* Quia nihil est inter peccatum mortale & infernum nisi corpus, quia si anima discedit à corpore, cito est in inferno. Job 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt.* Bene velox est ad iram qui ira stimulatus prius salit quam attendat quo saliat. Qui in odium cadit, in

Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.  
 Εσωκοινὰ πάθῃ μηδὲν μέγα, μήτ' ὑπερόπλον.  
 Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυθνητοῖσιν οἶαια.  
 Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἔλκετ' ἔρωτας.

Sæpe enim percutiens, invitus cædem perpetravit.  
 Sint communes passiones: nihil magnum, neque  
 superbum sit.

Non bona redundans esse solet mortalibus utilitas.  
 Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.

Υψω-

in foveam cadit profundam. Item Eccles.  
 12. *Aufer iram à corde tuo.* Auferenda  
 est ira à corde, quia est quasi tempestas,  
 mentem quasi grando destruens: sicut  
 dicit Gregor. Unde sicut tempestas time-  
 tur vineæ: sic ira timenda est cordi. Au-  
 ferenda est etiam ira à corde, quia est  
 ignis infernalis bona animæ exurens.  
 Proverb. 6. *Nunquid potest homo abscon-  
 dere ignem in sinu suo, ut vestimentum ejus non  
 ardeat?* Ira etiam est de illis serpentibus  
 ignitis nequissimis, de quibus legitur  
 Numer. 21. qui vexaverunt filios Israël  
 in deserto, & hodie homines multos in  
 deserto claustrum. Est etiam hostis auferens  
 homini seipsum, sicut superbia auferit  
 homini Deum, & invidia proximum,  
 sicut dicit magister Hugo de sancto Vi-  
 ctore. Auferenda etiam est ira à corde:  
 quia ad modum trabis oculum cordis  
 impedit, unde:

*Impedit ira animum, ne possit cernere  
 verum.*

Unde cum festucam de oculo corporis fes-  
 tinemus auferre, mirum est quomodo tira-  
 bem iræ non festinamus auferre de oculo  
 cordis. Micum est etiam, quomodo qui

trabem iræ habet in oculo, vult alios judi-  
 care & corrigere. Unde Matth. 8. *Hypocri-  
 ta, ejice trabem primum de oculo tuo, & tunc  
 videbis ejicere festucam de oculo fratris tui,*  
 Item Eccles. 10. *Omnis injuria proximi ne  
 memineris.* Ad Rom. 12. *Nolite esse pru-  
 dentes apud vosmetipsos, nulli malum pro  
 malo reddentes.* Vult autem Dominus  
 amicos suos perfectæ bonitatis esse, &  
 perfectæ nobilitatis, ut neque malum,  
 neque rusticitas aliquo modo ex eis exeat.  
 Curiales & nobiles hujus mundi parum  
 nobiles sunt, qui nulli malum faciunt,  
 vel rusticitatem, nisi ipse prius eis simile  
 fecerit. Quod constat non perfectæ nobi-  
 litatis esse. Cum enim non possit exire  
 de sacco nisi quod in illo est, & rusticitas  
 ex eis exeat, rusticitas prius in eis er-  
 rat. Spinam enim & non liliam se esse  
 ostendit anima illa, quæ conviciis à  
 proximo puncta proximum purgit. Non  
 talis est amicitia Christi. Unde Cant. 2.  
*Sicut liliam inter spinas.* Item ad Rom.  
 12. *Non vos defendentes charissimi, sed  
 date locum iræ.* Cum ira ignis sit, ab ira-  
 cundis debemus nos elongare, si non vo-  
 lumus ab eis exuri. *Peraldus.*

Υψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλεῖτ' , ἢ ἐς ὕβριν αἰεξί.  
 Θυμὸς ὑπερχόμῃ μανίῳ ὀλοόφρονατεύχ.  
 Ορηὶ δ' ἔσιν ὄρεξις, ὑπερβαίνεσσα δὲ μῦρις.  
 Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐδλός, φάυλων δέ γε φαῖλ.  
 Τόλμα κακῶν, ὀλοή ἀγαθῶν δέ γε, κῦδ' ὀπάζ.  
 Σεμνόν, ἔρωσ ἀρετῆς· ὁ δὲ κύπριδ', αἶχ' ὀφέλλ.  
 Ἡδὺς ἀχανόφρων κικλήσκει ἐν πολιήταις.  
 45 Ἐν μέτρῳ φαγεῖν, πῖεν, ἢ μυθολογεῖν.

Extollunt autem multæ divitiæ, & ad petulantiam impellunt.

Ira nimia furorem perniciosum parit.

Ira quidem est cupiditas, sed modum excedens, odium.

Æmulatio bonorum, bona: malorum vero, mala. Audacia malorum perniciofa, bonorum vero gloriam affert.

Honestus est amor virtutis, sed Veneris, dedecus auget.

Suavis mansucto-animo, præditus vocatur inter cives.

Moderate ede, bibe, & loquere.

Παν-

45 Ἐν μέτρῳ φαγεῖν &c.] Sobrietatem suadet nobis natura, scriptura, universa creatura. Natura modicitate oris humani suadet nobis mediocritatem in sumptione cibi & potus. Homo n. in comparatione sui corporis parvi oris est: ut dicit Arist.

in lib. de natura animalium. Oris vero modicitate suadet nobis natura caritatem in sumendo cibum & potum: unicum nos habemus cum duos oculos & duas aures habeamus. Brevitate vero delectationis quæ non habetur nisi in transitu cibi, dissuadet

disuadet nobis sumptuositatem ciborum delectabilem. Bern. in serm. Hujus tam modicæ partis, scil. gutturis, tam exigua delectatio quanta paratur sollicitudine? quantam deinde molestiam parit? hinc & morbi varii generantur. Idem: Etiam disuadet nobis corruptio cibi & potus, quæ fit postquam in stomachum descenderunt. Joël 1. *Ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: perit. n. ex ore vestro.* Non sic est in aliis sensibus, non enim corrumpitur res pulchra quæ videtur, quum semel visâ fuerit: nec res odorifera, quum semel odorem ejus aliquis perceperit. Naturales appetitus animæ non sunt deliciarum. Eccl. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis.* Eandem escam assignavit Deus homini & brutis. Gen. 1. *Ecce, inquit, dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna quæ habent in semetipsis mentem sui generis, ut sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ.* Sen. Considerate quantum natura poscat, & quantum cupiditas expetat. Scriptura vero sacra dupliciter suadet nobis sobrietatem, scilicet admonitionibus multis, & sanctorum exemplis. De admonitionibus vero paucas ponere sufficiat. 1. ad Thes. 5. *Vigilemus, inquit, & sobrii simus.* Et in eodem: *Nos qui diei sumus, sobrii simus.* 2. ad Tim. 4. *Ministerium tuum imple, sobrius esto.* 1. Pet. 4. *Estote itaque prudentes, sobrii &c.* Ejuldem 5. *Sobrii estote & vigilate &c.* De exemplis hæc pauca ponere sufficiat. Dan. 1. dicunt pueri bonæ indolis: *Dentur nobis legumina ad vestendum, & aqua ad bibendum, cibo regio contempto.* Dan. 10. *Trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum.* Matth. 3. & Marc. 1. dicitur de Joan. Bapt. quod esca ejus erat locustæ & mel sylvestre. Et Luc. 1. *Vinum & siceram non bibit.* Bernard. super Cant. Abstinebo à carnibus, ne dum nimium nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Panem ipsum cum men-

sura studebo sumere, ne onerato venire stare ad orandum tædeat. Et de beato Nicolao legitur, quod cum lacte aleretur, quarta & sexta feria semel tantum in die mammillarum lac sugebat. Omnium etiam creatura sobrietatem suadet, quia in omni creatura est modus & mensura secundum illud Sap. 11. *Omnia in mensura & numero, & pondere dispositi.* Item ad commendationem sobrietatis valere potest, si ostendatur quot & quanti sunt ejus effectus, & quam periculosus est homini ejus defectus. Notandum ergo quod sobrietas valet ad sanitatem, secundum illud Eccles. 31. *Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* Sen. in epist. Simplex erit ex causa simplici valetudo: multos morbos multa ferula fecerunt. Chrys. super epist. ad Heb. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Item sobrietas valet ad vitæ diuturnitatem. Eccl. 37. *Qui abstinentes est, adjiciet vitam.* Item sobrietas valet ad jucunditatem & corporalem & spiritualem. Ecclesiast. 30. *Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum.* Greg. in Moral. Si à carne hoc quodlibet abscondimus, mox in spiritu hoc quod delectat invenimus. Homo sobrius delectabiliter vivit & dormiendo & vigilando. Eccl. 31. *Somnus sanitatis in homine parco: dormiet usque mane, & anima ipsius cum ipso delectabitur.* Homo sobrius differt comedere donec esuriat, & tunc etiam panis & aqua delectabiliter ei sapiunt. August. in lib. de verbis Domini: *Vix fastidiosus fatiaris, nescis quomodo sapit quod famas accendit.* Sen. in epist. *Solus panis bonus fiet, & tibi eum tenerum & similagineum famas reddet.* Ideo non est ante edendum quam illa imponat. Expectabo ergo, nec ante edam quam aut bonum panem habere potero, aut malum fastidire desiero. Bern. in ep. Prudenter sobrieque conversanti, satis est ad omne condimentum sal cum fame. Sap. Desiderii condimentum, sal cum fame. Sap.

Desideriis omnia condiuntur. Darius in fuga cum aquam turbidam ex cadaveribus inquinatum bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. Bernardus ad fratres de monte Dei: Panis fursureus & simplex aqua, olera vel legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt: sed in amore Christi & desiderio aeternae delectationis ventri bene morigerato grantanter ex his satisfacere posse, valde delectabile est. Quot millia pauperum ex his vel aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturae? Facillimum quippe & delectabile esse adjuncto amoris Dei condimento, secundum naturam vivere, si infania nostra permitteret, qua sanata statim naturalibus natura aridet. Chrysofost. Conferamus, inquit, mensam divitis & mediocris: discutiamus utrosque convivas: qui magis, quæso sunt, qui puram veramque mensæ capiunt voluptatem? Illinc qui cœnas prandii jungunt, quique ventris distensione rumpuntur, atque oppresseione ciborum suorum premuntur, in quorum corpore vino inundante velut naufragii cujusdam fluctu obruta anima necatur, ubi nec oculus, nec lingua, nec pes propriis deservit officiis, sed omnia membra corporis vini vinculis jacent vincta gravius quam catenis; ubi nec sopor eis ad quietem datur nec ad salubritatem cedit. Idem Chrysofostom. Hi qui in deliciis & luxuriis vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque infirmitatibus repleta, quibus ad cumulum malorum podagræ tremor & immatura senectus accidit, & est eis vita semper in medicis & in medicamentis. Sensus autem tardi, graves & obtusi & quodammodo jam sepulti. Idem: Quis hæc jucunda dicat & grata, qui tamen noverit quid sit jucunditas & voluptas? Voluptas à prudentibus ita definitur, Voluptas est, quum quis suis desideriis fruatur. Ubi vero desiderii sui non potest, dum vel ægritudo non sinit, vel satietas ipsa desiderii facit ea quæ onerosa sunt in-

grata, sine dubio etiam voluptas in eis pariter & jucunditas perit. Idem: Considera ægros qui fastidio perurgentur, quomodo quamvis suaves & lauti cibi apponantur, oneri eis magis sunt, quam voluptati: sicut quum per abundantiam cupiditas fuerit extincta pariter & voluptas & jucunditas perimitur: quia non tam ciborum gratia, quam desiderii gignit satisfactio voluptatem. Unde anima satiata calcabit favum. Proverbiorum 27. Item, *de petra melle saturavit eos*: quandoquidem post multam itineris fatigationem & laborem sitis, aquis frigidis ex saxo fluentibus fruebantur, easque cum multo desiderio hauriebant. Hoc ipso ergo quod dulcissimæ, & desiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellavit. Igitur dubitari non potest quod simplicior victus & mensa mediocris plurimum jucunditatis habeat & voluptatis. Et è contrario divitum mensæ execrabiles & horridæ & morborum & contaminatione plenæ, in quibus molesta sunt hæc quæ delectabilia videntur. Item sobrietas gratiam hominum comparat, sicut ejus oppositum hominibus exolum reddit. Eccl. 31. *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, & non cum manducas multum odio habearis.* Item Deum glorificat. 1 Corint. 10. *Sive comeditis sive bibitis sive aliud facitis; omnia in gloriam Dei facite.* gloss. Si quid manducas & bibis, sumis ad refectionem corporis reparationemque membrorum, gratias tribuens ei qui tibi tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia: Cibus tuus & potus laudat Deum. Sobrietas etiam in conviviis nostris, Deum pascit, providendo ibi puritatem in qua ipse delectatur. Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia.* Item sobrietas munditiam providet ubi maxime immunditia displicet: scilicet in ore & ad mensam. Inter membra iu ore maxime displicet immunditia. In mensa etiam multum placet munditia, secundo Paralip. 14. *Proponuntur panes in mensa mundissima.* Et Levit. 24. jubentur

benur duodecim panes propositionis statui super mensam purissimam. Sobrietas ornamētum mensæ est. Bern. ad fratres de monte Dei: Si manducas, mensam tuam per se satis sobriam sobrietas tua perornet. Item sobrietas offensam Dei cavet, ubi maxime cavenda est, scilicet cum bonis Dei utimur. Magna iniquitas est cum Deo hostiliter agere quum in mensa ejus sumus. Cavent latrones ne noceant aliquot diebus his cum quibus comederunt. Item sobrietas servat rationis libertatem quam ejus oppositum impedit. Eccl. 31. *Ne comprimis in convivio vini;* Hieronym. in epistolis. Qui inebriatur & mortuus est, & sepultus. Augustin. Non est aliud ebrietas quam manifestissimus dæmon. Hujuscemodi enim vir cum se bibere putat vinum, bibitur à vino. Sobrietas pessimam servitutem excutit, scilicet servitutem corporis quod ad serviendum datum est spiritui, & nobilitatem animæ servat. Eccl. 10. *Beata terra cujus rex nobilis est & cujus principes vescuntur in tempore suo ad vesciendum, & non ad luxuriam.* Item sobrietas membrum valde nobile regit, os scilicet: sensum etiam pertinentem ad esse, scilicet gustum dirigit, circa quem, vitium valde periculosum est. Destructivum enim esse potest ipse, & esse occasio magnæ infirmitatis, vel mortis. Item sobrietas opus necessitatis regit, in quo sine ipsa frequenter erratur & à juvenibus & à senibus. Item ad intelligentiam præparat. Unde Dan. 1. *Pueri qui cibos regios contempserunt grossis cibis contenti, intelligentiores cæteris inventi sunt.* Item vigilantiam servat ad quem Deus monet. Matt. 14, & 25, & 26. Et Marc. 13. Unde notabiliter sobrietas & vigilia sociantur 1 ad Thessal. 4. *Vigilemus,* inquit, *& sobrii simus.* Et 1 Petr. 5. *Sobrii estote, & vigilate.* Item, ministerio Dei idoneum efficit. Unde 1 Timoth. 3. Ubi ostenditur qualis debet esse minister Dei, dicitur: *Sobrium, ornatum &c.* Et ad Tit. 1. *Prudentem sobrium, justum, &c.* Item

ab igne infernali, scilicet luxuria servat. Unde pueri qui abstinentes fuerunt, à fornace Babylonica illæsi exierunt Dan. 3. *Sobrietas filios Dei fugientes Ægyptios infernales, per sicum ad terram promissionis perduxit.* Exod. 14. *Filii Israel ambulaverunt per sicum &c.* Qui sobrietatem non habent in aquis voluptatum submerguntur. Sobrietas primum congressum habet in bello spirituali. Sine ipsa ceteræ virtutes frustra pugnant. Gloss. super Matth. 4. Nisi gula prius refrænetur, frustra contra alia vitia laboratur. Qui poplite flexo aquam biberunt, non permitti sunt ire ad bellum cum Gedone. Judic. 7. Poplite flexo aquam bibit qui voluptuose comedit. Item sobrietas diabolo aufert ingressum in homine: & sic videtur ei auferre dominium. Non videtur Dominus esse castrum qui non habet ibi ingressum. Sobrietas Diabolum in arido ponit ubi ipse non quiescit. Matt. 12. *Ambulat per loca arida quærens requiem, & non invenit.* Piscis infernalis in arido positus palpitat: ut de pisce Tobie legitur Tobie 6. Esa. 50. *Computrescent pisces sine aqua.* Fames lupum de nemore exire facit: sic sobrietas diabolum de homine. Ipsa carni concupiscenti adversus spiritum victulia aufert, & igni concupiscentiarum ligna subtrahit unde dimittitur vel deficit. Ipsa carnem in potestate sua habet. Gen. 16. *Ecce ancilla in manu tua est, utere ea ut lubet.* Ipsa enim ad modum lapidis pretiosi hominem custodit, ne cibus vel potus ei noccat. Si sobrietas deficit dum corpus repletur, anima evacuatur, homo depauperatur. Prov. 3. *Qui diligit epulas, in egestate erit.* Deus blasphematur. Gloss. super illud 1 ad Cor. 10. *Sive comeditis sive bibitis &c.* Si modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedis, & vinolentia te ingurgites, quantascunque laudes lingua sonet, vita blasphematur. Item venter deificatur. ad Philipp. 3. *Quorum Deus venter est.* Porta opis aperta, exercitus vitiorum ingreditur. Job 30. *Quasi rupto muro &*

Πάντων μέτρον ἄριστον· Ὡρεβάσιθ δ' ἀλεγεινόν.  
 46 Μὴ φθονερός, μὴ ἀπιστός ἔση, μὴ λοιδόροσ ἴαθι,

Omnium modus optimus, excessus vero molestus.  
 Ne invidus, neque incredulus sis, nec calumniator esto,

Μὴ

*aperta iunua irruerunt super me. Sine sobrietate mensa homini est in laqueum. Eccles. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & aves comprehenduntur laqueo: ita capiuntur homines tempore malo. Tempus malum & periculosum est homini non habenti virtutem sobrietatis tempore prandii. Sapient. 14. Creaturae Dei in odium factae sunt, & in tentationem hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Idem.*

46 μὴ φθονερός] Ad detestationem vero huius vitii, Primo facit hoc, quod vitium istud est peccatum in Spiritum sanctum. Peccatum in Spiritum sanctum, secundum unam acceptionem, dicitur peccatum quod est contra bonitatem Dei, quae Spiritui sancto appropriatur & sic omne peccatum quod est ex certa malitia, peccatum est in Spiritum sanctum. Quod etiam patet per divisionem peccati in Spiritum sanctum, quod dividitur in peccatum obstinationis & impugnationis. Obstinatus in Spiritum sanctum peccat, quia in bonitatem Dei quae hominem ad poenitentiam expectat, qui eum quamvis ejus hostis sit, pascit & vestit, & a daemionibus defendit qui eum jugolarent, & ipse sic ingratus bonitati Dei eam impugnat, & a bonitate Dei colligit malitiam, & ex misericordia Dei thesaurizat sibi iram. Impugnatio vero dividitur in impugnationem veritatis agnitae: quae est in apostatis, & in impugnationem gratiae, quae est in invidis, qui gratiam Dei quae est in hominibus, persequun-

tur & odiunt. Sic ergo manifestum est quod invidia est peccatum in Spiritum sanctum: & ideo valde magnum peccatum. Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, id est, vix remittetur. Secundo facit ad detestationem huius vitii hoc quod ipsum est oppositum charitati. Unde cum charitas sit virtus excellentissima, invidia erit pessimum vitium. Unde vocatur fera pessima. Genes. 30. Fera pessima devoravit filium meum Ioseph. Pejor est invidia quam avaritia. Avarus enim etsi non vult communicare sua, tamen vult quod alii sua communicent. Invidus autem non vult communicare bona sua, nec vult quod alius ea communicet. Invidus de ipsa bonitate Dei dolet, quod ipsa non est avara hominibus, sibi tamen eam vellet esse largam & omnibus aliis avaram. Immenstatem divinae bonitatis velle ad se coartari. Pejor etiam est invidia, quam irata vel odium, quamvis enim homo iratus vel odians alium, velit malum proximi sui, cum mala voluntas ipsius ortum habuerit a militia proximi qui eum offendit, unde proximo culpabilis est: Sed malitia invidi, quae vult malum proximi sui, ortum habet ex propria malitia: scilicet a superbia quae vult illum non parificari sibi, & vult malum proximi sui omnino absque culpa ejus. Tercio facit ad detestationem huius vitii quia hoc vitium pure malum est: quia quando diabolus capit homines a-

liis

liis vitiis, ipse aliquam delectationem ponit tanquam escam: sed invidos miseros capit, quia sine esca delectationis. Invidia enim dolor est & amaritudo. Unde mirabiliter cæci sunt, qui dolorem istum præponunt gaudiis æternis, qui dolore & cruciatu quotidiano dolorem æternum merentur, & dolori, quasi esca sit, adhærent, donec perveniant ad dolorem æternum. Quarto facit ad detestationem hujus vitii: quod vitium istud diabolicum est, & diabolo assimilatur Sap. 2. *Invidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius.* Ad literam, diabolus ideo parentes nostros seducere voluit, quia invadebat eis regnum cælorum quod ipse perdidit. Et propter eandem causam adhuc homines impugnat. Unde diabolus invidens parentibus nostris, tentavit eos in forma serpentis. Quinto vero facit ad detestationem hujus vitii, quod vitium istud venenatissimum est. Unde super illud ad Galatas 6. *Non efficiamur inanis glorie cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Ibi Glossa Augustini: Sciendum quod cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo invidiæ tota sua viscera serpens concutit, & in hac imprimenda quasi pestem vomit. Invidi sunt quasi dracones. Job. 30. *Frater suidraconum, & socius struthionum.* Ipsi sunt germina viperarum. Luc. 3. Et Matth. 3. *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Immo serpentibus peiores videntur esse. Serpens enim serpentem non persequitur. Homo vero invidus alios homines persequitur. Invidus est sicut ciconia, quæ venenatis animantibus vescitur. Unde Ovidius describit invidiam comedentem vipereas carnes. Sexto facit ad detestationem hujus vitii, quod vitium istud magnæ potestatis est. Est enim sicut ignis Græcus, qui in aquis gratiarum accenditur. Ex quo hoc vitium cor alicujus occupavit,

jam ipse nullum scelus abhorret. Non parit nocenti nec innocenti. Non timet homicidium, immo nec fratricidium vel patricidium: Non pepercit diabolus primis parentibus nostris, qui innocentes erant, quin mortem eorum procuraret. Invidia excitatus Cain non pepercit Abel fratri suo innocenti, quæ ex sola invidia occideret eum, Gen. 3. Non pepercerunt filii Jacob fratri suo Joseph innocenti, quin eum venderent, quia invadebant ei, immo volebant eum occidere. Gen. 33. Nolebat etiam parcere Saul David, qui ei valde utilis erat, quia invadebat ei. Noluerunt Judæi parcere Christo, quin eum facerent occidi, sola invidia excitati. Matth. 27. *Sciebant enim quod per invidiam tradidissent eum.* Septimo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud non de facili curatur. Unde Cyprianus super illud ad Galatas 6. *Non efficiamur inanis glorie cupidi &c.* Loquens de zelo invidiæ dicit: Zelus iste modum non habet permanens jugiter sine fine, quum alia scelera finiuntur: quantoque ille, cui invideretur, successu meliori profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris ignibus inardescit. Nec mirum, si curatur vix hoc peccatum, cum sit peccatum in Spiritum Sanctum, & cum sit quasi ignis Græcus, qui non de facili extinguitur. Invidia est quasi rubigo ferro adhærens, quæ vix à ferro recedit. Basilius: Sicut rubigo ferrum, sic invidia animam in qua nascitur corrumpit: Proverb. 25. *Aufer rubiginem de argento.* Octavo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud postquam est in aliquo, ita eum occupat ut etiam exterius se ostendat. Unde Cyprianus loquens de invidio dicit: Huic vultus minax: & torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida & effrænata, convitia; & manus ad violentiam prompta. Unde poeta describit invidiam:

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,*

*Nusquam recta acies, livent rubigine dentes.*

*Peffora felle virent, lingua est suffusa veneno,*

*Risus abest cœnis, nisi quem fecere dolores.*

*Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*

*Sed videt ingratos intabescitque videndo.*

*Succensus hominum, carpitque & carpitur una,*

*Suppliciumque suum est.*

Nono vero facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod vitium istud infelicissimum vitium est, quia excæcatur unde illuminari debuit. Unde de invidis legitur Job 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie*, ubi dicit Greg. Mens invidi cum de alieno bono affigitur, de radio lucis obscuratur. Et subditur: Dives boni operis in proximo lucet exterius: sed quasi cæci nati palpant invidi, quia livore cæci aliqua quæ reprehendant invenire satagunt. Ipsi sunt ut noctuæ lucem bonorum operum odientes, & tenebras malorum operum amantes. Bona opera proximi sunt velut candelæ lucem boni exempli præbentes, sed invidi de ipsis candelis sibi oculos eruunt. Et ipsi sunt Heli, qui non poterat videre lucernam donec extingueretur, ut legitur 1 Reg. 3. Infelicitas etiam invidorum pater ex hoc, quod ipsi de profectu aliorum deficiunt, de melioratione deteriorantur. Unde Greg. Invidi debent pendere quantæ sint cæcitatibus, qui alieno profectu deficiunt, aliena lætitia contabescunt: quantæ etiam infelicitatis sunt, qui de melioratione proximi deteriorantur. Invidus infelix fit de felicitate aliorum & de pinguedine aliorum marcescit. unde: *Invidus alterius rebus marcescit optimis*. Invidi colligunt de vitibus spinas, & de sicibus tribulos. Invidi etiam ex bonitate Dei deteriores sunt. Unde Matt. 20. dicit Dominus invidio: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? invidi adeo sunt infelices quod

ipsi amittunt etiam ubi alii lucrantur. Ipsi de sanitate aliorum infirmantur, & de vita moriuntur. Et sicut diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ita invidis omnia cooperantur in malum. Invidus morietur de bono odore, de quo alii vivunt: sicut dicitur de Juda super Joan. 12. ubi Judas murmuravit de effusione unguenti, invidus profectum aliorum reputat suum defectum. Unde Judæi invidi dicunt Joan. 12. *Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit*. Invidis sunt mala ipsa bona. Decimo facit ad detestationem hujus vitii hoc quod vitium istud miserorum hominum est, unde Job 5. *Parvulum occidit invidia*. Omnis invidus in eo quod talis minor est eo cui invidet. Miser est invidus, & miseria ei placet. unde soli miseriæ parcat invidia. Hieron. Difficile est in prosperis invidia carere, sola miseria invidia caret. Nobilium personarum est, liberalitas & communicatio suorum; unde Dominus liberalissimus est & desiderio largiendi sua & communicandi fecit quidquid fecit. Leonem etiam qui est rex animalium, dicit Arist. esse animal communicativum. E contrario invidia ignobilium & vilium est personarum. Undecimo quia invidia cruciat dominum suum. Est enim sicut vermis in ligno nascens, qui post illud unde natus est, consumit. Hieron. Invidia est sui primum mordax. Invidia primum infestat. Invidus medullitus animo æstuans, à semetipso livoris proprii semper exigit pœnas. Socrates, Utinam invidi in omnibus civitatibus aures vel oculos haberent ut de omnibus profectibus torquerentur. Idem; Quanta sunt felicitum hominum gaudia, tanta sunt invidorum gemitus. Horatius: Invidia Siculi non invenere tyranni majus tormentum. Duodecimo facit ad detestationem hujus vitii, quod ipsa est infirmitas & corruptio maxima. Adeo corruptus est invidus, ut ei redolentia fœteant, & è converso, amara sint ei dulcia & dulcia amara. Unde ad invidos pertinere

tinere videtur illa maledictio Esa. 5. *Ve qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Hæc corruptio invidiæ innuitur nobis Proverb. 14. ubi dicitur, quod *putredo ossium est invidia.* Sicut vestis putrefacta non recipit ablutionem: sic peccatum invidiæ non de facili abluatur. Decimo tertio facit ad detestationem huius vitii, quia hoc vitium est magnæ peruersitatis. Cum enim omne bonum in commune deductum pulchrius elucescat, secundum Boet. & secundum Sen. nullius rei possessio jucunda sit sine socio: invidus tamen potius vult carere bono, quam habere socium in eo: potius vult habere socium in miseria, quam in felicitate. Exemplum de quodam rege, qui concessit cuidam avaro, & cuidam invido munus quod eligerent, ita tamen quod munus ejus qui posterior peteret, duplicaretur: & cum uterque disserteret, præcepit rex invidum ut prius peteret: qui petiit, ut erueretur sibi unus oculus, volens quod proximo eruerentur ambo. Noluit petere aliquod bonum, ne proximus ejus acciperet duplicatum. Quarto decimo facit ad detestationem huius vitii hoc; quod cum alia vitia uni bono tantum opponantur, ut incontinentiæ continentia, invidia omni bono opponitur. Decimo quinto facit ad detestationem huius vitii hoc, quod invidia valde periculosa est. Invidum enim occidunt & bona & mala. Bona eum affligendo, mala vero dando ei occasionem peccandi. Unde ad invidum pertinere videtur illud verbum quod dicit Cain Genesis 4. *Quicumque invenerit me, occidet me.* Videntur enim creaturæ esse contra invidum. Et merito, quia degenerat invidus à creatore & à creaturis. Creator enim liberalis est, & vult communicare bona sua. Creaturæ etiam adeo communicare volunt bona sua, ut de hoc certamen videantur habere. Ex hoc enim quod ignis vult speciem suam communicare materiæ aquæ, ex

hoc pugna est inter ignem & aquam. Similiter sol vult communicare, & lumen, & calorem suum. Augustinus. Indicium divinæ maximæ bonitatis est, quod quælibet res cogitur dare seipsam. Ab hac libertate degenerat invidus, dividens se à Deo & creaturis, & socians se diabolo, qui bona omnibus invidet, & socios vult esse homines suæ miseriæ. Et ideo merito creaturæ persequuntur eum tanquam apostatam. Decimo sexto facit ad detestationem huius vitii hoc, quod invidia valde damnosa est suo subjecto. Aufert enim homini societatem Ecclesiæ. De qua societate dicit David: *Particeps ego sum omnium timentium te &c.* Bona proximi, quæ invidi essent si ea diligeret, contra invidum sunt. August. Pensent invidi quantum bonum sit charitas, quæ sine labore nostro aliena bona nostra facit. Invidia aufert homini proximum. Unde magister Hugo de sancto Victore. Superbia mihi aufert Deum, invidia proximum, ira meipsum. Invidia etiam aufert homini sapientiam. Unde Sap. 6. *Neque cum invidia tabescente iter habebis, quoniam talis homo non erit particeps sapientie.* Unde Poeta deseribens domum invidi dicit quod erat abdita, sole carens. Sol enim justitiæ lumen sapientiæ abscondit ab invidis. Invidi etiam homines ad paupertatem & ignominiam saepe perveniunt. Unde Proverb. 28. *Vir qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei.* Et Eccl. 7. *Imperitium & contumeliam malus hereditabit & omnis peccator invidus & bilinguis.* Decimo septimo facit ad detestationem huius vitii hoc, quod vitium illud est signum quo diabolus discipulos suos cognoscit. Unde sicut Dominus dicit Joan. 3. discipulis suis; *In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinvicem.* Sic dicit Diabolus discipulis suis: *In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei estis, si invidiam habueritis ad invicem.* Decimo octavo facit ad detestationem invidiæ hoc quod

fer:

Μη ἢ κακογνώμων, μη ψυδὸς ἀπάτης ἀμέτην ᾧ.  
 Σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.  
 Μηδ' ἐμιμῶ κακότητα, δικηδ' ἀπάλειψον ἀμύνην.  
 Πειθῶ μὴ γδ, ὄνειαρ· εἰς δ' εἰεν ἀληφύδισθαι.

Nec pravi-consilii, nec impostor immoderatus.  
 Temperantiam exerce, obscœnisque factis abstine.  
 Ne sectare malignitatem, sed jure repelle injuriam.  
 Persuasio namque commodum, lis vero litem rursus gignit.

Μη

ferre omnes invidi sunt proditores. Proverb. 23. *Ne comedas cum homine invido, & ne desideres cibos ejus: quoniam in similitudinem arioli, & conjectoris, aestimat quod ignorat.* Comede & bibe, dicit tibi, & mens ejus non est tecum. Decimo nono facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod frequenter mala morte moriuntur invidi. Unde Eccl. 27. *Laqueo peribunt, qui oblectantur casu justorum, dolor autem consumet eos antequam moriantur.* Laqueo perit, qui improvise perit. Hieronymus: Non memini me vidisse mala morte mortuum, qui liberalem antea duxerat vitam. E contratio sæpe accidit, quod invidus mala morte moritur qui liberalem ante non duxit vitam. Vicesimo facit ad detestationem hujus vitii hoc, quod invidi focii sunt diaboli & in lucro & in damno. Quando diabolus lucratur, gaudent, quasi lucrum ipsius lucrum suum reputarent. Quando vero diabolus perdit, dolent, quasi damnum ejus damnum suum reputarent. Speciales amici diaboli videntur esse tales secundum descriptionem amicitiae quam ponit Tullius: Habent enim idem velle & idem nolle cum diabolo. Idem enim velle & idem nolle,

vera amicitia est. Invidia vermis est, qui arefecit hederam Jonæ. Jonas interpretatur donum columbæ, & significat aliquem hominem gratiosum. Hedera vero prosperitas ejus est, quam vermis invidiæ vult consumere. Quam cito enim videt invidus aliquem prosperari, ipse vellet ejus prosperitati adversari. Invidia etiam vermis est dissolvens charitatem, sive charam unitatem Ecclesiæ, pro qua filius Dei voluit mori. Invidia etiam est similis passioni illi qua percussi sunt Sodomitæ, Gen. 19. quæ dicitur aventia aurifia vel acrifia. Et facit passio illa, non ut omnino nihil videatur, sed ut non videatur illud quod expedit non videre. Et dicitur acrifia ab à, quod est sine, & crisf quod est judicium. Invidia vero è converso facit quod illud non videatur, quod expedit videre. Invidia enim sic excæcat hominem, quod ipse non videt in bono nisi malum. Eccles. 14. *Oculus malus ad mala tendit.* Specialiter oculus invidi malus est. Unde in eodem cap. 1. *Nequam est oculus invidi.* Et Matth. 20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Invidus plenus est malitia usque ad oculum. *Idem.*

Μὴ πῖσθιε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως τέρας ὄψθαι.  
 Οὐτ' ἀγῶν, ταῦτ' εἰσὶν ἀέθλια, ταῦτα βραβεῖα,  
 Τετ' ὑπὸ ζῶης, καὶ εἶδ' ἀθανασίης,  
 Ἦν θεὸς ἐραίνιος γε δικαιοτάτις ἀνθρώποις  
 Ἐσησεν νίκης ἐπαέθλιον. οἳ ᾗ λαβόντες  
 Τὸς ἐφ' ἑ, ἐν δόξῳ<sup>47</sup> διελεύθονται διὰ ταύτης.  
 Ἀλλ' ὁπότεν ἴδε σῆμα φανῆ καὶ κόσμον ἅπαντα,  
 Ἐκ γρηθῆς παῖδες πολιορκέταφοι γεγαῶτες,  
 Θλίψεις δ' αἰθρώπων, λοιμοὶ καὶ λιμοὶ, πόλε-  
 μοί τε,

Ne credas temere. priusquam certo finem perspi-  
 cias.

Hoc certamen, hic est labor, hæc sunt præmia  
 pugnae:

Hæc vitæ porta est, hic est ingressus in ævum  
 Æternum. Deus hæc cælestis, justitiae  
 Humanæ statuit victrici præmia: quique  
 Contigerint palmam, per eam ingredientur ho-  
 neste.

Sed postquam toto signum hoc extaret in orbe,  
 A teneris pueri vestiti tempora canis,  
 Arctabunt homines, mutato cardine rerum,

Και-

<sup>47</sup> Διελεύθονται &c.] Pro διελεύθονται  
 in reg. cod. est εἰέλθωσι. Si enim anim-  
 advertis, auctor horum versuum ubi-  
 que respicit ad morem certaminum Isela-  
 sticorum. Orsopæus.

Καιρῶν δ' ἀλλαγῆ, πένθημά τε, δ' ἄκρα πολλὰ,  
 48 Αἰόποσων παῖδες χόρας ἐν θοιήθονται,  
 Οἴκτε' ὄλοφυρέμβροι 49 ἤνειας ἐν φάρεπ σάρκας,  
 Σὺ μέλεσιν θάψουσιν ἐπὶ χθονὶ μητέρι λαῶν,  
 Αἶμασι καὶ κόνισσι πεφυρέμβρι. ὦ μέγα δειλοῖ,  
 Ἰσαπίης ἤνειας φῶτες κακοέργεες αἰνοῖ,  
 Νήπιοι, 50 ἔδ' ἐνοῦντες ὀνικᾶ φῦλα γυναικῶν

Pestes, bella, fames, lachrymæque & luctus,  
 abunde.

Eheu quot viduæ lugebunt pignora, tristi  
 Cum gemitu & prolis carnes in veste cruenta  
 Cum membris terræ mandabunt omniparenti,  
 Pulvere sanguineo fœdata. O pessima secla,  
 O nimium pravi, quos ultima proferet ætas.  
 Dementes : qui quid muliebria semina vincat

Μη

48 Αἰόποσων] Αἰόποσων παῖδας γῆρας  
 ἐν θοιήθονται. Οἴκτε' ὄλοφυρέμβροι, ἤνειας  
 δ'. ἐν. Idem.

49 ἤνειας] Regius codex ut & Gallæi  
 refert, ἤνειας, ἐν φάρεπ σάρκας ἐθνήτας  
 θάψουσιν. Sensu non incommodo : &  
 mox expresse, πεφυρέμβρι, &c. κακοέργεες.  
 Putcanum quoque exemplar agnoscit  
 ἤνειας. Idem.

50 Ὀδ' ἐνοῦντες &c.] Prætermiserat  
 hæc in sua versione Castalio. Ego ut po-  
 tui, locum corruptum Latine expressi,  
 antequam exemplar regium suppeteret.  
 At in tenebris me micasse video, quas fe-  
 liciter ex illo codice nunc discutere licet,  
 sic præ se ferente : ἔδ' ἐνοῦντες ὄνικᾶ  
 φῦλα γυναικῶν. Μη τι κτασιν, ἴφου' τὸ θε-

εῖος μερόσπων ἀνθρώπων. Μηδὲ στωαίρεσι ἐγ-  
 γῶς, ὅσαι πτες, &c. Non intelligentes quod  
 quando sexus mulierum non amplius pariet,  
 tum messis sive interitus hominum adfit, ne-  
 que unio & doctrine consensus prope sit,  
 quando impostores in verorum vatium atque  
 doctorum locum irrepent. Arbitror enim  
 illud στωαίρεσις de animorum idem sen-  
 tentiarum & volentium coalitu atque con-  
 junctione explicari debere, quemadmo-  
 dum oppositum illi ἀγρίσις de animo-  
 rum distractione & sectarum varietate.  
 Θέρθ' vero in ea significatione qua expo-  
 sui, occurrit pag. 191. κακῶς θέρθ' ἀμύσαν-  
 ται. Videtur Sibylla in hoc loco respexisse  
 ad colloquium Christi & Salomes, quod  
 ait Clemens in Evangelio Ægyptiorum  
 scriptum

Μὴ πικτώσιν· ἔφυτ' θέρθη μερῶν αἰθρώπων,  
 Μηδ' εὐωαίρεσιν ἐγγὺς, ὅταν τινὲς ἀπὶ αἰθρητῶν  
 Ψυδαπάται πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίζοντες.  
 51 Καὶ Βελίας ἤξει, 52 ἢ σήματα πολλὰ ποιήσει

Non norint. Sed ne pariat tunc fœmina prolem :  
 Humani generis strages & maxima messis  
 Instat : cum quidam pro vatibus insinuati  
 Fallaces aderunt in terris vaticinantes :

Av-

scriptum esse. Interroganti Salome, quando venturum esset regnum Dei, respondet Christus, cum cessabit opus mulieris. Idem.

51 Καὶ Βελίας ἤξει] Cod. reg. βελίας θ' ἤξει. *Opsoptius. Belial*, Nonnulli volentes hoc nomen hominem inutilem, significare, derivant à בל absque & ליי profuit. Alii contententes eodem Dæmonem intelligi, derivant à בל absque & ליי altissimo. Aquila vertit *Apostatam*. Sane B. Paulus Satanam *Belial* vocat. 2 Cor. 6. Suidas, *Βελίαι* (lege *Βελιάλ*) τῆς Ἐβραίων φωνῆ τ' ἀπὸ τῆς δὲ συμφώνησις Σεισῶ αἰθρῆς Βελιάλ. Chaldaeus interpretatur *malignitatem*. Hieronymus retinet nomen Hebræum, ut cuique pro arbitrio interpretari liceret. Quamquam alias filios *Belial* idem filios intelligat Diaboli, homines quippe malignos. Quapropter *παρονόμους* reddiderunt LXX. Sed & idem Hieronymus alibi deducit à בל & ליי quod sit absque iugo. *Hofmannus*.

52 Καὶ σήματα &c.] Notavit olim S. Paulus quod Antichristus potentia, signis & prodigiis seu miraculis mendacibus ac

omni fraude injustitiæ instructus sit, quibus imperium suum stabilivit, propagavit & conservare nititur. 2 Thess. 2. ἦς 9, 10. Apoc. 13. ἦς 13, 14. & 16. ἦς 14. & 19. ἦς 20. Miracula autem, de quibus gloriaturus est Antichristus, falso refert *Belarminus* lib. 111. de Pontif. cap. xv. quod ille finget se mortuum esse, & postea suscitatum, eo detorquens locum Apoc. 13. ἦς 3. cujus veram expositionem alibi tradidimus. *Ravanellus*. Antiquus Scriptor *Hippolytus* lib. de consummatione mundi, sentit eum lepram & paralyfin curaturum, mortuos excitaturum, Dæmonas ejecturum, futura & absentia denuntiaturum, montes translaturum, super mare ambulaturum, ignem de caelo deducturum, solem circumacturum, quocunque libuerit. &c. quæ omnia ego non admitto. Apoc. 13. ἦς 14. dicitur eum inter alia effecturum, ut ignis de caelo descendat. Quod quidam per metaphoram hyperbolicam exponunt, ut *Paræus*, & exemplis fulminum anathematicorum probatur, quibus afflati Reges, populi &c. (ut phrasi Hildebrandica utamur.) alii proprie, ut scilicet appareat ignis de caelo descendere, quamvis revera non descendat. Sic *Andreas*

 Nescia conjugii, laudandæ nescia mentis.  
 Quin etiam, locuples cum vir meus esset, egenos  
 Ædibus exclusi, fecique nefanda scienter.

Διο-

Dulce sonant tenui gutturo carmen a-  
 ves.

Fert casiam non culta seges, totosque per  
 agros

Floret odoratis terra benigna rosis.

Cui succinit Propert. 4. 7.

Mulcet ubi Elysiæ aura beata rosas.

Sed hi & reliqui, quicquid habent, ex  
 Homero habuere. Sic enim ille Odyss. 4.

Ἠλύσιον πεδίων describit:

Ὅτι φεπὶς ἔτ' ἀρχεμῶν πολὺς, ἔτε ποτ'  
 ἕμπε<sup>⊙</sup>.

Ἄλ' αἰὶ ζεφύροισι λιγυρτίοις ἀήτας  
 Ὀκεανὸς αἰήσι ἀνεψύχειν ἀγρώπας.

Vide Plut. in Sertorio, & in Consolatione ad  
 Apollonium ex Pindaro, ubi rosarum, &  
 florum mentio. Hofmannus.

93 Αχερσαία<sup>⊙</sup>] Acherisio, Lago del-  
 la Colluccia, palus inter Capuam, & A-  
 versam, per aperta plana prope Cumas  
 diffusa. Plin. Diod. Sic. lib. 2. de sepul-  
 cris Ægyptiorum, qui Helicopolim acco-  
 lunt, tradit paludem esse Acherisiam, in

quam immittantur cadavera in ulteriorem  
 ripam deferenda: navim vero ipsam qua  
 trajiciuntur, Barim; h. e. onerariam, &  
 nauclerum Charontem lingua illorum ap-  
 pellati. Inde nata de Charonte, qui ani-  
 mas transvehebat Stygem, fabella. V. e-  
 gregia hanc in tem, apud Pet. de Valle,  
 Itinerat. tom. 2. Acherusia etiam Cher-  
 sonesus circa Heracleam Pont. sive Mar-  
 ginorum in Bithynia ad Pont. Eux. unde  
 Herculem Cerberum ex inferis eduxisse  
 credunt Xenophon, & Eust. ex Diodoro.  
 Est item specus ibidem Apollonio, &  
 Pomp. Melæ. Hujus meminit Ammianus  
 quoque, & addit ab accolis Μοχρῶπιον  
 vocari. lib. 22. Acherusium quoque ibi-  
 dem. Apollon. & Plin. Cum vero Sil. lib.  
 14. ait,

Serpit pascendo crescens Acherusia pe-  
 fits.

Non de palude intelligendi sêst, uti sentit  
 Ferr. rius. Idem.

Δουρμύξες ἀπέκλεισα, τὰ δὲ ἔκνομα πρῶτον ἔ-  
ρεξα,

Εἰδύα. <sup>94</sup> ἔδέτε σῶτερ ἐμῶν ἄπο μασηκτῆρων  
Ρῦσαι δὴ με κνώπιν, ἀναιδέα πρῆξιξασαν.

Ἡδ' ἐδ' ἐγὼ λίτομαί σε βαιὸν παυσέμρ' αἰοιδῆς,  
Ἀγε <sup>95</sup> μαννοδότα, βασιλεῦ μεγάλης βασιλείας.

Tu me Servator tortoribus eripe diris,  
Quamlibet infamem, conspurcatique pudoris.  
Obsecro te porro paulisper desine carmen,  
Sancte, potens rerum, magni rex maxime regni.

ΠΑΛΙΝ

<sup>94</sup> Οὐδὲ τι] Puteani codex, ἡδὲ ἐγὼ:  
at regius, ἰδὲ ἐγὼ: & statim πῶσά μὲ  
αἰοιδῆς. Orphæus.

<sup>95</sup> Μαννοδότα] Veteres editiones μαν-  
νοδότα. Castalio obelisco notavit, &  
margini apposuit αὐτομίδον aut ὑψιμίδον:  
sed frustra. Puteaneum exemplar μαν-  
νοδότα. unde effeci μαννοδέτα. id est, man-  
na dator. Regius codex unico scribit μα-  
νοδέτα, quemadmodum simplex μανίω  
πρὸ ἀρσενίω; Epitheton est Deo conve-  
nientissimum: tum quia olim in deserto  
caelitus mannam sive (ut Psalmista loquitur)  
panem angelorum præbuit, tum  
quia hodie etiamnum mannam veram,  
ipsam corpus (inquam) & sanguinem  
Christi, nobis communicat in sacra Eu-  
charistia; cujus cibus ille caelitus descen-  
dens typus erat. Eaque de causâ appella-  
batur manna, quod Græcis significat ἡ  
τῆς (Suida teste) Latinis quid hoc? Rei  
enim veritas sub illa figura in veteri testa-  
mento adumbrata fuit: at in novo cum  
umbra sit sublata, & rem ipsam teneam-  
us, non ut Judæi querimus, quid hoc?

sed fidenter asseveramus, & interroganti-  
bus respondemus: Hoc est corpus meum.  
Exodi xvi. 14. A multis adjuuctis Man-  
na, cibus caelitus demissus, describi-  
tur. Præter cætera dicitur fuisse tenuis  
כַּכְפֹּר, quod vel Coriandrum, ut LXX.

vel pruinam, Ibn sina, Onkelos, Jonath.  
vulg. Erp. & R. S. Jarchi in commenta-  
riis explicant, notat: at Samarit. si au-  
diri debeat, nobis כּוּפֶר, quod genus

aromatis, nonnullis Camphura, aliis Cy-  
prus arbor est, sufficit: quod, qui de-  
scriptioni Mannæ conveniât, viderit Mo-  
rinus, Pentateuchi Samarit. hyperaspistes.  
Mannæ vocabulum ex Hebræo מַן Man

suum habere originem, vel saltem cum  
eo idem esse, nemini potest esse ignotum.  
Terminatio autem est ex lingua Chaldaea,  
qui ex Hebræo מַן faciunt מְנָה Infi-  
gnitus est cibus iste caelestis & divinus hoc  
Nomine ab Israëlitis, quamprimum à cœ-  
lo

Io fuit delapsus, & ab eis visus. Sic enim hac de re Moses, Exod. xvi. 15. **וַיֵּרָא**

**בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל**

**אָחִיו מִן הָהוּא כִּי לֹא יָדְעוּ**

**מַה-הוּא** Et videntes illud filii Israel

dixerunt quisque ad fratrem suum, Man est, quia nesciverunt quid esset. Et v. 31.

**וַיִּקְרְאוּ בֵּית יִשְׂרָאֵל אֶת-שְׁמוֹ מָן**

Et vocarunt filii Israel nomen ejus Man. Circa rationem hujus Nominis assignandam duæ fere sunt Authorum sententia. Prima est eorum, qui verba versus decemiquinti sumunt interrogative, & volunt idem esse quod Hebraice **מָה** Quid,

quasi ex admiratione, divinum istum panem videntes, in hæc verba eruperint; Quid hæc est? & postea Nomen hoc ei manserit, & in appellativum transferit. Sic L. X X. Græci reddiderunt **Τί ἐστὶ τὸ τῆτο?** Id sequutus est Joseph. Antiquit. Judæicar. lib. 3. cap. 1. scribens; **Καλεῖται δὲ Ἑβραῖοι τὸ βρώσιον τῆτο Μάννα. τὸ δὲ μᾶν ἐπιρωστικὸν καὶ τὸ αὐτίστινον διάλεκτον, τὸ τῆτο ἐστὶ ἀνακρίνεσθαι** h. e. Hebræi cibum istum vocant Manna. Nam Man est interrogativum, secundum nostram dialectum; Quid hoc est? significans; Sic D. Hieronymus, & reliqui fere Patres. Sic ex Hebræis sensit R. Chananiel, ejus mentionem facit Bechai fol. 83. col. 4. Sunt qui hanc expositionem firmare nituntur ex lingua Ægyptiaca, in qua **מן** idem sit,

quod Hebraice **מָה** Quid? Si de hoc con-

staret, id utique plausibilis foret quamvis difficultas restaret, quod **מִוּה** sit Hebraicum, atque ita harumduarum vocum una esset Ægyptiaca, altera Hebræa. Quod vix probabile alicui videbitur. Secunda sententia est eorum, qui verba illa sumunt

indicative, ut per **מִן הָהוּא** significetur,

**τὸ τὶ ἐστὶ** Quid illud sit de quo loquuntur. Hi faciunt ex **מן** Nomen, & derivant illud à radice **מָנָה** quæ significat

Constituere, Ordinare, Destinare, ut **מן** resecta ultima radicali idem sit quod

**מָנָה** Pars, Portio, Donum, sc. à Deo

datum & in cibum destinatum; quia, quid esset, dicere non potuerunt: vel **Preparatus & suppeditatus à Deo cibus, sine ipsorum labore comparatus, ut in lib Sapien- tiaz cap. xv i. 20. dicitur; Ac panem omnipotentem voluptate, omnique gustui accommodatum, sine labore de cælo ipsis demissisti.** Hanc sententiam plerique Hebræorum amplectuntur & sequuntur. R. Salomon:

**הכנת מזון הוא כמו וימן להם**

**המלך: כי לא ידעו מה הוא**

**שיקראוהו בשמו** Man hu, h. e.

Preparatio cibi est, à verbo **מָנָה** / unde

de Dan. i. v. 5. **וימן** Et constituit, pa-

rare iussit illis Rex &c. Quia nesciverunt quid esset, h. e. nesciverunt illud vocare nomine suo. Aben Esra;

**מן הוא מגורת** Man de-

derivatur à verbo **מָנָה** / unde; Qui

**מָנָה**

constituit; ordinavit escam vestram,

Dan. i. 10. R. D. Kimchi in libro **Sebo-**

**raschim**: **מן הוא בשקל צו קו**

**לפי שלא ידעו לו שם קראו לו**

**מן כלומר מתננה וחלק מאת**

**צו** h. e. **מן** est forme

**השם ית** (à ra-

(à radice מַן) קו (à radice זֶה).  
 (à radice זֶה) קו (à radice מַן).

Quia enim certum ei nomen dare non potuerunt, vocaverunt illud מַן hoc est, Do-

num & portionem à Deo datam. R. Bechai fol. 83. col. 4. מן הוא מלשון מנה

אחת אפים וכן למשה היה למנה.

ועל כן נותן הכתוב טעם כי לא

ידעו מה הוא כלומר מפני שלא

ידעו מהו קראוהו מרונה מן

השם ולא קראוהו בשם המיוחד

h. e. מן כי לא ידעו מהותו:

h. e. מן est à Pats, Portio, Donum, quod vide

מנה

1 Sam. I. 5. & Levit. VIII. 29. Ideo sub-

jungit Scriptura statim appellationis hujus

rationem; Quia nesciverunt, quid esset, q. d. Quia nesciverunt quid esset, ideo vocarunt

illud Donum cœlestis; nullum autem nomen proprium illi indiderunt, quia nesciverunt quidditatem ejus. Sic in Tzeror ham-

mor: מתת אלהים היא כי אנחנו

לא היינו ראויים לדבר גדול

Domini Dei est: quia nos non digni

sumus tanta re. R. Isaac Arama in Tzeror ham-

mor: scribit, illos existimasse, esse Manna naturale & medicinale, ac proinde dixisse מן הוא Manna est. Sed hunc

refutat Abarbenel: Quidam, ait, Interpretum scribunt; Israëlitas, cum viderent Manna, existimavisse, esse מרהמן

Manna medicinale, quod in quibusdam regionibus decidit super arbores agrorum, eo quod colore & forma illi esset simile, atque hac de causa dixisse & pronuntiasse, מן הוא Est Manna; hoc est,

Nunquid hoc est Manna medicinale? quod sc. Medici præscribunt ad expurgandam bilem? In hunc autem errorem incidisse ipsos, eo quod nescirent, quid in rei veritate esset; ac proinde Moysen hinc impulsurum fuisse ad rei veritatem ipsis explicandam, dicendo; Hic est Panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum q. d. Hoc non est Manna medicinale, sed est quiddam aliud, alendi virtutem habens, quod Dominus vobis dat in cibum, non ad ventrem laxandum: hæc enim non est ejus natura. Verum hæc expositio mihi non arripit: quia Manna medicinale vocatur Manna metaleptica, quia aliquatenus simile est Manna divino, quod Israëlitis decidit in deserto. Antea enim non appellatum fuit hoc nomine. Neque ita vocatur, nisi in lingua Arabica, quæ est Lingua Hebræa corrupta, & in Lingua Latina, qui hoc nomen ex Lege Divina desumpserunt. In lingua Persica vocatur הרנגבין. Unde Israëlita linguam Ara-

bicam vel Latinam habuissent; שעדין

לא היו אותם הלשונות בעולם

cum tum temporis ille lingue nondum fuerim in mundo? Itaque prima nominis Manne origo est à Pane isto, quem Deus dedit Israëlitis in deserto, ac proinde rectius mihi videtur, מן derivare à verbo Hebræo

מנה; Simulac scilicet Israëlita illud Bonum

viderunt, indiderunt ori suo, & gustu dulce deprehendentes, judicarunt illud Bonum esse ad vescendum, atque ideo dixerunt; מן הוא

מתנת הש"ת הוא שנתן לנו

Donum Dei est, quod nobis dedit: Ignorantibus autem, num hic esset ille Panis, quem Moyses ipsis promiserat, nec ne? quia nesciverunt quid esset. Hinc Moyses dixit illis; Recte dixistis, hoc esse Donum Divinum: nam revera est Panis ille, quem Deus vobis dedit in cibum. Hactenus Abarbenel, Tufius,

h. e. מן

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

מנה

fius, Paraphraſtes Perſicus v. 11. huc quoque accedere videtur, qui **מן הוא**

reddit, **וְנִעְמַת אֶרֶת אֵן** quod in Ver-

ſione Latina, in Bibliis Polyglotis Anglicanis, redditur *Beneficium* ipſum eſt. In cæteris locis ubique nomen Hebræum retinet, ut & ſit in Verſione Arabica. Equidem non multum intereſt, utram quis ſententiam præferat; ſecunda tamen, & Authorum & Rationum momentis, præponderare videtur. Quæſtio hæc agitatur tam inter Hebræos, quam inter noſtros Interpretes, dum alii ſtatunt, Manna quidem hoc fuiſſe naturale, quale alias quoque in illis regionibus deciderit, ſed Accidentia quædam ſupernaturalia & miraculoſa ei per Divinam omnipotentiam acceſſiſſe, quæ in Scriptura commemorentur. Alii volunt, Rem fuiſſe proſus novam, à Deo pro certo tempore miraculoſe creatam & productam, ſuoque tempore ruriſus ablatam. Poſterior tamen ſententia à plerisque Hebræorum eſt acceptata, priore exploſa. Hinc ſcribit Aben Eſra; **ירקב שם חווי שאמר כי**

**המן הוא הנקרא בלשון פרסי**

**תרנג"ן ובלשון ערבי מן ובלשון**

**לעז מנא כי קושויות רבות עמדו**

**עליו:** *Putreſcat nomen Serpentis, qui dixit Manna hoc eſſe id quod in lingua Perſica dicitur* **מן / הרנגבין / Arabice**

*vernacule Manna: quia multa difficultates ei obſtant.* Abarbenel ſcribit, cum indignitate Karræum quendam, & poſt adductas Aben Eſræ rationes contrarias porro ſcribit: *Quamvis autem Aben Eſra hic pleniffime ductum Verbi Dei ſit ſequutus,*

**הנה קמו אנשים בני בליעל**

**יגלו פנים בתורה שלא כהלכה**  
*exſurrexerunt tamen quidam Nebulones,*

*qui impudenter ſe porro Legi Dei oppoſuerunt. Vidi quippe apud quendam ex recentioribus ſcriptoribus, qui pertinaciter contendit, Manna illud fuiſſe Rem naturalem, omneſque ejus proprietates fuiſſe naturales, atque adeo illud ipſum Manna medicinale, quod hodieque apud nos decedit. Huic ſententiæ fortiter ſe opponit Abarbenel, & primo quidem Rationes illorum diluit; deinde Aben Eſræ Rationes retexit, ab exceptionibus vindicat, & alias de ſuo ex Scriptura addit. Operæ itaque pretium ſit, ea hic producere, & benevolo Lectori conſideranda proponere. Primo ait, Scriptorem illum, cujus meminit, ſuam ſententiam confirmare, partim Authoritate R. Moſis Majemonidis, partim ex Signis & notis nonnullis, quibus hoc Manna in Scriptura deſcribitur. Ex Majemonide hac ratione. Ajunt, illum in More Nevochim par. 2. cap. 28. ſcribere, *Prodigia & Miracula non continuo durare, ſed eſſe duntaxat**

**שנוי הטבע לשעתם** *mutationem*

*natura temporariam: mutationem autem illam non eſſe perpetuam.* Hinc ſubſumunt; *Quia Manna miraculum duravit 40. annis, argumento id eſſe, rem fuiſſe naturalem; idem nempe illud, quod hodieque extat & decedit certis temporibus, & certis in locis.* Reſpondet Abarbenel; 1. Majemonidis mentem nequaquam fuiſſe, hic negare miraculum: 2. Qui contrarium ſtatuant, eos non dicere, quod Manna ſingulis diebus per 40 annos deſcendens, continuo deciderit: Eo quippe die, quo deſcenderat, eodem etiam deſiſſe miraculum (poſteaquam ſc. Iſraëliæ demenſum ſuum collegerunt.) Sic Aquas è petra quæ Iſraëlitæ comitabatur profluxiſſe, quoties Moſes percutiebat petram. Ex hoc autem non ſequi, Rem naturalem mutari in naturam aliam perpetuam, ſed hoc ſolum, quod Deus quotidie per miraculum Iſraëlitæ per 40 annos multa magnifica ediderit. 3. Majemonidem eo in loco nihil aliud arguere, quam Ea quæ miraculoſe fiunt, non permanere conſtanter & per-

petuo in illis mutationibus: neque etiam definire Tempus illorum miraculorum, vel menses certos illis assignare, sed indefinite relinquere miraculum aliquandiu durans. Sic ignem de celo miraculose descendisse super Altare in Die octavo Impletionum, & ex quo primo descendebat, ibi continuo arsisse, neque extinctum fuisse, donec Sanctuarium ipsum vastaretur: tempore vastationis cessasse, neque diutius durasse post eam. Ajunt; Scriptura dicit, quod *Manna fuerit tenue & subtile, rotundum sicut pruina; quod descendit cum rore, fuerit album, & sicut semen Coriandri, sapor ejus dulcis instar mellis, & ut crustula mellita. Atqui hæc omnia quoque reperiri in Manna medicinali, naturali & ordinario. Itaque argui hinc, Idem cum illo fuisse.* Respondet Abarb. Hæc ratio nulla est: **כי לא**

**כל דבר שידמה לדבר אחר**  
**במקרו יהיה הוא עצמו** Non enim

statim res illa, quæ alteri in Accidentibus est similis, est res illa ipsa. Sic in monte Sinai apparuit Gloria Domini sicut Ignis consumens in oculis filiorum Israël; nemo tamen ideo dicit, quod fuerit ipse Ignis elementaris. Sic cum Virga Moïsi in formam Serpentis conversa fuit, fuit ille Serpens non naturalis, sed miraculosus, naturali Serpenti similis. Sic Aquæ mutatae fuerunt in Sanguinem miraculose, quoad Colorem & Qualitatem suam; non tamen fuit Sanguis Animalium **העצמי** substantialis. Num dicemus, Hominem ad vivum depictum in pariete, ideo quia specie, forma, & magnitudine Hominem vivum repræsentat, esse ipsum Hominem, & vivere sicut ille? **הדומה**

**והבלית דומה הם איכויות**  
**ומקרים ואינם עצמות הדבר**

Simile & Dissimile sunt Qualitates & Accidentia, non vero ipsa rei substantia.

Ut jam taceam, quod in Mauna Divino fuerint סגולות עצמיות proprietates quædam essentielles, quæ non inveniuntur in Manna medicinali, ut ex seqq. apparebit. Pro altera itaque sententia, quod Manna fuerit Res mere miraculosa & Divina, non Naturalis, sequentes ex Scriptura affert Rationes: *Primo* ait; Manna medicinale non decidit hodie in deserto Sinai. Desertum enim illud novum est, neque unquam ibi visum fuit. Ergo Manna illud non fuit idem cum hoc. Ratio consequentiæ; quod si res naturalis fuisset, tum semper illic reperiretur. Excipiunt ad hoc, **שבאורך הזמנים נשתנה**

**טבע הארע** Longitudine temporum naturam illius regionis esse mutatam. Respondet: **זה סכלות לא טענה** Hæc est stultitia, non ratio: quia Descensus roris & pluvie non mutatur in ullis locis, ubi solent decidere. *Secundo*; Manna medicinale non descendit per totum Annum, sed duntaxat tempore verno, mense Martio & Aprili. Manna autem hoc Divinum descendit æqualiter omnibus anni mensibus indiscriminatum. Itaque non est idem cum illo. Ratio autem cur manna naturale non semper decidat, est; **כי הזמן**

**הרפואי הוא עווי כחוס** quia est æquabilis & temperati caloris, unde decidit tempore Væris tantum, quando temperatus est calor; non vero in Hyeme & Æstare. *Tertio*; Manna medicinale si ad Solem exponatur, non liquefcit, sicut liquifictum fuit Manna Divinum. *Quarto*; Manna medicinale noctu non putrescit, neque vermes producit. Atqui Manna Divinum illud fecit. Ergo non idem cum eo. Contra duas has rationes excipiunt; *Diversitatem hanc provenire ex diversitate materie. Materiam enim Manna divini fuisse מהרכבה דקה מאד* ex

compositione valde subtili; ac propterea facile liquefactum fuisse & putruisse. *Manna*

nae autem medicinalis compositionem esse  
**פשוטה נוטה אל הלחות והקור**  
 simplicem, sed declinantem ad humiditatem  
 & frigiditatem; Unde Medici eam præ-  
 scribant contra bilem flavam, quæ calida est  
 & sicca. Et hanc ob causam non liquefcere.  
 Respondet: Quod si hujus Mannæ medi-  
 cinalis compositio & materia non sit talis,  
 qualis est Mannæ Divini materia & com-  
 positio; Ergo non sunt ejusdem substan-  
 tiæ, neque sequitur, si unum sit natura-  
 le, alterum quoque tale esse. Quinto;  
 Mannæ medicinale linguæ impositum li-  
 quefcit. Id vero non fecit Mannæ Divi-  
 num. Ad hoc excipiunt; Quia Mannæ me-  
 dicinale sit instar Sacchari, ideo ei idem ac-  
 cidere quod Glaciei & Prunæ in regionibus  
 frigidis, ut congelata subsistant ad plures  
 dies, neque à Sole liquefciant; at Linguæ  
 imposita resolvit in aquam; Mannæ autem  
 Divinum fuisse instar fructuum celeriter com-  
 putrescentium, uti sunt quedam Poma,  
 propter subtilitatem compositionis ipsorum;  
 & hanc ob causam facile & putruisse, &  
 vermes produxisse. Respondet; Id quod  
 hic dicunt, arguere, Mannæ Divinum  
 non fuisse ejusdem substantiæ cum altero  
 Mannæ, ac proinde non sequi, si hoc  
 naturale fuerit, illud quoque tale fuisse.  
 Boni isti viri ex eo quod aliquam cum eo  
 habet similitudinem, volunt arguere,  
 ideo ejusdem cum eo generis & substantiæ  
 fuisse; & ramen ipsimet fatentur, Mate-  
 riam & compositionem unius, non fuisse  
 sicut alterius. Itaque ex similitudine qua-  
 dam accidentium nihil possunt evincere.  
 Sexto; quia Mannæ medicinale non est  
 durum, ut contundi, & placentiæ ex eo  
 confici possint; sicut fuit Mannæ Divi-  
 num. Excipiunt ad hoc; Quod mannæ Divi-  
 num ita comparatum fuerit, ut contundi,  
 & placentiæ ex eo confici potuerint, id pro-  
 fectum fuisse ab illius forma, & singularem  
 in eo fuisse proprietatem: quemadmodum  
 Ligna quedam arida sunt, ex quibus ali-  
 mentum recipiunt homines, & quæ in sto-  
 macho per Calorem naturalem possunt dige-

tere, veluti Cinnamonum, Caryophylla,  
 Glandes &c. cum è contrario quædam sint  
 mollioris constitutionis, quæ tamen nullam  
 patiuntur mutationem & digestionem in cor-  
 pore humano, sed è corpore excernuntur,  
 prout in illud sunt immissa; uti sunt Cortices  
 urvarum, & similia: alia esse, quæ ita per-  
 fectè digeruntur & commoluntur, ut quasi  
 in pulverem redigantur: Hordeum, linum,  
 cannabim, & res spongiosas nunquam com-  
 molli. Hæc omnia fieri ex certa Proprietate  
 naturali, quam res istæ habent. Cui similem  
 quoque aliquam habuerit Mannæ Divinum.  
 Respondet; Quia multæ & magnæ diffe-  
 rentiæ sunt inter Mannæ Divinum, &  
 Mannæ medicinale, tum ex parte mate-  
 riæ & compositionis, tum ex parte formæ;  
 hinc etiam clarum evadit, quod non sint  
 unum & idem. Non negamus, in rebus  
 naturalibus esse accidentia, pro ratione  
 qualitatium & proprietatum ex formis  
 consequentium: sed quis coget nos dice-  
 re, Mannæ divinum fuisse naturale, cum  
 inveniamus alterum, Naturale sc. illi nul-  
 lo pacto esse simile? Quin &, si ambo  
 naturaliter generentur in aëre, & ex ma-  
 teria vaporum, quare proprietates & qua-  
 litates ipsorum sunt contrariæ, cum nulla  
 sit in formis illorum contrarietas, quæ pro-  
 prietatum seu qualitatium illarum contra-  
 rietatem causetur? Nulla alia hujus rei  
 causa est, quam quod unum sit naturale,  
 alterum miraculosum. Quid itaque triti-  
 co commune cum palea? Septimo: Man-  
 næ Divinum fuit alimentum laudabile, &  
 magis temperatum quam omnia alia ali-  
 menta, generavit sanguinem optimum  
 & purissimum, totum conversum fuit in  
 nutrimentum sine omni superfluitate, ne-  
 que generavit excrementa in intestina de-  
 scendentia. Unde Sapientes nostri de eo  
 dixerunt, **היה נכלע באברים**  
 absorptum fuit in membris, h. e. totum  
 conversum fuit in nutrimentum membro-  
 rum, **עובר מעט מהעיכול** facilis  
 fuit digestionis, neque, ut alij cibi, cor-  
 pus

pus gravabat. Unde vocatum fuit לחם

הקלוקל Panis levissimus, quod leve

& facile fuerit corpori. Manna autem medicinale non est alimentosum, neque ex eo generatur sanguis, והוא משל של

בלבד sed purgat tantum. Excipiunt:

Hanc proprietatem in Manna Divino consequutam fuisse ex forma: & quod Suavitas gustuum in eo fuerit pro ejus preparatione, quemadmodum sapor variatur in farina & carne, pro diversa eorum preparatione. Respondet: Facile esse ad hoc respondere. Nam quod res aliqua sit vel Cibus, vel

Medicina, hoc esse הכדל עזמי differentiam essentialem. Fieri non posse naturaliter, ut in aëre generetur aliquid compositum ex quatuor elementis, vel aptum ad nutritionem: neque pluviam, neque rorem, neque pruina, nivem, grandinem, & reliqua, quæ in aëre generantur, nutrire animalia: quomodo itaque Manna, si naturale esset, nutriendi vim haberet? Proinde cum fuerit res quæ alendi virtutem habuit, & cibus laudatissimus, ex eo necessario sequi, quod fuerit res miraculosa, non naturalis. Hinc scribit & R. Levi in Commentario in Legem: Sciendum est; miraculum hoc Manna fuisse valde prodigiosum, cui simile nullo unquam tempore factum fuit; כי לא

יתהוה מאלו האידים העלים  
באיור דבר יתכן שיהיה מוזן

quia ex vaporibus in aërem ascendentibus nulla res generatur, quæ possit esse pro cibo, id quod curvis constat vel leviter rerum naturalium scientia imbuto. Quod enim eam naturam habeat, quam habuit Manna Divinum, debet generari ex commixtione elementorum &c. Octavo: Manna Divinum descendit die quovis sexto in duplo, die vero Sabbathi prorsus non descendit. Tale

nihil fit circa Manna medicinale. Unde manifeste arguitur, non fuisse naturale, quia hoc semper eodem modo decidit, sed miraculosum, descendens secundum ordinationem Divinæ voluntatis, ejusque providentiam. Excipiunt: Hoc non contigisse, nisi quando prima vice descendit, ut ipsis per hoc miraculum Signum Sabbathi confirmaretur: postmodum aliter fuisse. Hinc Numeror. cap. 11. non commemorari, quod liquefactum fuerit à calore Solis, neque quod vermes produxerit, & putrefactum fuerit: non etiam dici illic, quod quotidie collegerint quantum opus haberent, neque quod sexto die duplum collegerint, vel quod die Sabbathi non deciderit; quia scilicet ista omnia deinceps fuerint mutata pro natura locorum, sicut de Fructibus solet fieri, ut in uno loco putrescant facile, in alio vero non; de Pruina item & Glacie, quæ in uno loco facile liquefcunt, in alio non item. Respondet ad hæc primo: Historiam testari, Mosen ira efferverisse contra eos, qui de Manna retinebant in crastinum; v. 20. & de illis, qui in Sabbatho egressi erant ad colligendum; sed nihil invenerant, dixisse Deum; Quosque venetis custodire præcepta mea, & Leges meas? Si hæc non fuerunt continua, quomodo in eos efferverescere potuerit Moses? vel Deus eos hac ratione increpare & redarguere? Ideo nempe hoc factum, ut in posterum cautiore essent: secundo; illos Sabbathi sanctitatem didicisse ex Manna; quod si ergo statim ille ordo cessasset & desisset; potuisset illos dicere, Sabbathi sanctificationem cessare: tertio, quod ad locum ex libro Numerorum attrinet, non opus fuisse, ut Lex ea quæ jam semel dixerat in Exodo, in hoc loco denuo repeteret: sed ea tantum ibi recensere, quæ hæcenus non fuerunt nota. Hinc referri ibi de Manna ea quæ ad ejus perfectionem spectabant, ad reatum & culpam populi murmurantis exaggerandam; non autem omnia reliqua, quæ huc non spectarunt, & jam in Exodo scripta fuerunt: quarto, Exodi 16. post historiam Mannæ recensitam

fitam subjungit v. 35. Porro filii Israël comederunt Manna 40 annis, donec (è deserto) ingrederentur in terram habitatum: Man comederunt donec venirent ad extremitatem terræ Canaan: quibus verbis innuatur, illos per 40 annos semper & ubique eodem modo Manna comedisse, donec venirent in terram habitatum, ac proinde, quæcunque de Manna hic dicuntur, per 40 annos durasse. Nono: Manna descendebat in omnibus locis, in quibus castrametabantur. Ergo non fuit res naturalis. Excipiunt; Possè dici, Castrametationes & profectioes illorum sequitas seu institutas fuisse secundum loca, in quibus Manna descenderet; quia Nubes nunquam recessit à Tabernaculo, quomdiu Man continuavit in loco castrametationis ipsorum; cum vero Manna incipiebat deficere, ablata fuit Nubes, & Arcam fœderis Domini præcessisse ad explorandum illis requiem, castrametationem faciendo in illo loco in quo Manna descenderet, & Aqua reperiretur. Respondet ad hoc: **הַמִּדְבָּר כֹּלֵו הָיָה**

**מִטְבַּע אֶחָד** Totum desertum fuisse ejusdem naturæ. Nihil itaque causæ fuisse, cur in uno loco magis decideret quam in alio, aut in uno loco magis cessaret quam in alio, omnibus anni mensibus. Testari enim Scripturam, accidisse quandoque, ut Nubes maneret à vespera usque ad mane, & mane auferretur, quandoque mansisse per dies duos & noctem unam, & ea ablata profectos esse: In Kadesh eos mansisse novendecim annos, sicut dicitur; Et habitastis in Kadesh diebus multis, Deut. 1. 46. & idem scribitur in Seder Olam. Quomodo illic naturaliter continuari potuerit Manna per 19 annos sine intermissione, & alibi in loco non procul distito tantum diem unum, aut biduum? Naturaliter utique hoc non potuisse fieri. Ut hæc nihil aliud sint, quam כִּדְוִית הַכּוֹפְרִים futilia deliria hominum fanaticorum. Nam Manna descendit miraculose, secundum Divinam voluntatem, in locis illis, in quibus castra-

metabantur, & sequebatur Manna castrametationem, non Castrametatio Mannam. Decimo: Quia Manna transit cum ipsis Jardenem, neque cessavit usque ad mensem Nisan seu Martium, juxta sensum literalem. Nam, juxta Aben Esræ sententiam, Manna transiit cum ipsis usque in Gilgal, ubi invenerunt frumentum novum, & de proventu terræ Canaan comederunt; & tum demum cessavit. Atqui constat, Manna medicinale descendere mense Martio & Aprili, veris scilicet tempore. Cum itaque Manna Divinum tum cessaverit, quando illi comederunt de proventu terræ, sequitur, id quod ad necessitatem ipsorum antea requirebatur, miraculose descendisse, quandiu eo opus habuerunt, cessasse quando habebant fructum terræ. Cum quo consentiunt Sapientes nostri, qui dixerunt, Manna incipisse deficere eo die quo mortuus fuit Moyses, Israëlitas autem quantum satis erat ad comedendum habuisse ex eo quod collegerant à die 7. Adar seu Februarii, usque ad 15. Martii, quo inceperunt comedere de proventu terræ: Ut sic præcipua miracula hic concurrerint. Hæc (inquit Abarbenel) ratio certe solidissima est, cuius sana mente prædico, neque inveni quid contra excipiant. Undecimo: Aliud argumentum peti potest ex eo, quod Deus præcipiendo dixit Mosi; Imple Omer ex eo ad custodiam pro generationibus vestris, ut videant cibum, quo vos alii in deserto, v. 32. Quod si enim Manna hoc fuit naturale, ejusdem essentia cum Manna medicinali nostro, ut quid præcepit Deus illud reponere in custodiam? Quod hic fuit miraculum, ut ejus memoria tenenda fuerit in omnes generationes? Quam ob causam adeo pretiosum fuit, ut Deus præceperit illud reponi in intimum Sanctuarii penetrale, juxta Arcam fœderis Domini? Hoc utique manifestè docet, Manna istud fuisse rem miraculosam & præternaturalem. Duodecimo: Deuteron. cap. 8. v. 3. dicit Moyses ad Israëlitas; Et afflixit te, & esurire fecit te, & cibavit te

Manna, quod neque tu noveras, neque Patres tui; ut te scire faceret, quod non ex solo pane vivat homo, sed omni eo quod egreditur ex ore Domini. Et vers. 16. Qui pavit te Manna in deserto. Hinc dico; Si Manna illud descendit naturaliter, sicut Manna medicinale nostrum, מה

התמיהה בזה quid miri fuit in eo? Quomodo de eo dicit Moses, Quod neque tu noveras, neque Patres tui? Quæ enim naturalia sunt, nota sunt hominibus. Quare vocat illud Id quod egreditur ex ore Domini? Atque hæc sunt Rationes ex Scriptura petita, quibus Abarbenel probat, Manna fuisse rem miraculosam, imo, ut, Aben Esra scribit,

מהנפלאות היותר גדולות שנעשו ע"י משה *Miraculorum omnium, que Israelitis per Moysen facta sunt, maximum.* Eas ipsiusmet verbis magna ex parte referre, & Lectori dijudicandas proponere volui. Atque huic sententiæ plerique cæteri subscribunt, R. Moses bar Nach-

man: והנכון בעיני כי היה הפלא

במזן גדול מאד כי השלו הגזי

אותו מן הים ברוח נסע מאתו

בדרך העולם אבל המזן נוצר

להם עתה יצירה חדשה בשמים

בענין מעשה בראשית והוא מא

שאמרו בו שנברא בין השמשות

וכו': *Meo vero iudicio maximum miraculum fuit in Manna.* Nam coturnices advexit

ipsis per ventum à se excitatum modo confueto, Num. 11. 31. Sed Manna creatione

nova nunc ipsis creatum fuit in cælo, sicut opera Creationis. Et hoc est quod Rabini nostri de eo dicunt, quod creatum sit inter So-

les, h. e. sub vesperam Diei sexti creationis, in Pirke avoth cap. 5. Hinc dicit

Scriptura; Ex signo quod Deus faciet vobis

vespere, scietis, quod ipse eduxerit vos à terra Aegypti. Nam preparabit vobis mensam in deserto: sed ex Miraculo maximo quod facturus est vobis mane, videbitis Gloriam regni ejus, quod nemo sit in cælo & in terra, qui possit facere secundum opera ipsius &c. R. Bechai mihi fol. 83. col. 3. & 4. Coturnices & Manna inceperunt venire prima die Septimana, & duraverunt Coturnices aque per 40 annos, perinde ac Manna: & quod de Manna solo Scriptura dicit, v. 35. Et comederunt per 40 annos, idem quoque intelligendum est de Coturnicibus, quod illas comederint 40 annis, alterum obvenit ipsis de Nocte, alterum

interdiu. אבל מפני שהיה הפלא

גדול במזן יותר אמר שנוצר להם

יצירה חדשה בשמים לכן הזכיר

הפלא הזה לברו כי עמד להם

ארבעים שנה *Sed quia Miraculum*

circa Manna multis modis majus fuit, quia

de novo ipsis creatum fuit in cælo; idcirco

Miraculum hoc peculiariter de eo refert, quod permanserit ipsis per 40 annos. R. I-

saac ben Aramah in Akedas Fixchak, ad; Quia nesciverunt quid esset; scribit: Quod

si novissent illud, non ita appellassent: nam

Manna quod illi esse existimarent, est

מזוניי Medicinale; hoc vero erat

Alimentare, qua de causa Moses ipsis dixit; Hic est panis, quem Dominus vobis dedit in cibum; q. d. Non est id quod

vos arbitramini, sed est מסעד ומזון

אלהי אשר הזמין אותנו

לכלכלם שם מששת ימי

בראשית והוא משומר וכא לעת

הואת *Cibus Divinus, quem preparavit*

Deus ad sustentandos vos inde à sex diebus

Creationis, & ab eo tempore reservatus hoc

tempore venit, sicut cateræ res, quas Sa-

piantes

pientes nostri dixerunt creatas fuisse in vespera Sabbathi, seu sexto die Creationis (in Pirke avoth cap. 5. ubi vide Abarbenelem.) Sic R. Levi ben Geison, cujus verba antea sunt producta ab Abarbenele. Hoc idem confirmat, quod secretiores ipsorum Theologi Cabalistsæ de Manna origine scribunt, neque hoc loco silentio prætermittendum, quia videntur Veteres sublimius aliquid sub eo occultasse. R. Moses bar Nachman scribit: ודע כי

ישבן ענין גדול רמזוהו רבותינו במסכת יומא לחם אבירים אבל איש לחם שמלאני השרת אוכלין דברי ר' עקיבא. אמר לו ר' ישמעאל טעית וכי מלאכי השרת אוכלין לחם והלא כבר נאמר לחם לא אכלתי ומים לא שתיתי אלא לחם אבירים לחם

h. e. Scito quod magnum mysterium lateat in Manna, quod indigitarunt Rabini nostri in Massechet Foma cap. 8. fol. 75. col. 2. his verbis: Panem robustorum comedit quisque, Psal. 78. v. 25. h. e. Panem quem comedunt Angeli, uti exposuit R. Akiva. Quem tamen hoc nomine reprehendit R. Ismael, ei dicens; Errasti: num enim Angeli comedunt Panem? numquid scriptum legimus, (de Mose, simili facto Angelis in monte per 40 dies;) Panem non comedi, & aquam non bibi, Deut. 9. 9, 18. Proinde Panis אכרים significat hoc loco, Panem, qui absorberetur in membris (h. e. qui totus in iis in succum & sanguinem convertitur.) Pergit R. Moses & pro confirmatione sententiæ R. Akivæ scribit; Quod R. Akiva dixit, id ita in-

tellexit, שקום מלאכי השרת בזיו השכינה quod Angeli sustententur per Splendorem Gloria & Majestatis Divina. Sic ludunt in eo quod dicitur Neh. 9. 6. Et tu מזורה vivificas omnia hæc (inter quæ & Exercitus cælorum, ut ibi præcedit;) dicentes, seu exponentes; מזורה

Esca vel Cibis es omnibus illis. Et de hoc dicitur; ונתוק האור Dulcis est lux, Eccles. 7. v. 11. quia in illa Luce dulcem gustum deprehendunt. והמן הוא מתולדת האור העליון שנתגשם ברצון בוראו ית' ונמצא שאנשי המן ומלאכי השרת מיוונן מדבר אחר Manna autem generatum est ex Luce illa superna, ex voluntate Dei creatoris sui incorporata (corporea facta, quia dicitur; Et depluit super eos Man, & frumentum cælorum dedit eis.) Reprehendit autem eum R. Ismael; quod Angelorum sustentatio non fiat בדבר per Rem המתגשם מתולדת האור באור incorporatam ex Luce superna, sed באור per Luce supernam ipsam.

Et hæc de causa invenerunt Israelita in Manna quicquid voluerunt. Anima enim cogitatione sua hærens in supernis, invenit requiem, vitam, & educit benevolentiam à Domino. In Mechilta scribitur: חוים אין אתם מוצאים אותו אכל אתם מוצאים אותו לעולם חבא

R. Eliezer ben Chasme dixit; (sc. ad, Hodie non invenietis illud, v. 25.) Hodie non invenietis illud, sed invenietis illud in seculo venturo. Dicitur hoc duas. admittit expositiones; primo, quod inter eos, qui seculo venturo seu vita æterna fruuntur, quidam sint, quorum gradus non eo usque

ליהננה רמזו מויו ויהנה קיומם בדרר  
 השכינה ויהיה קיומם בדרר  
 ומתגשם *ut semper fruantur Splendore*  
*Majestatis Divinae, sed qui sustententur per*  
*rem incorporatam. Et hi in eodem gradu*  
*constituuntur cum Israelitis in deserto, qui*  
*apprehenderunt Splendorem Majestatis Di-*  
*vine ad mare, unde Sapientes nostri dixe-*  
*runt; Ancilla ad mare vidit, quod Eze-*  
*chiel Propheta non vidit: Etenim ab ea*  
*hora hanc dignitatem & præcellentiam na-*  
*ta est anima eorum, ut fruereutur Eo quod*  
*ex Splendore seu Luce Divina generatur,*  
*Manna videlicet. Rectius autem mihi vide-*  
*tur, ut ex mente R. Elieser ben Chasna per*  
*vocem היום Hodie, intelligatur; שבני*

העולם הבא יהיה קיומם ביסוד  
 רמזן שהנא הזיו העליון כמו  
 שאמרו אין כולל אכילה ולא  
 שרתיא אלא עדיקים וישיבים  
 ועטרותיהם בראשיהם והן נהנין  
 מויו השכינה שבני העולם הבא  
 יתקיימו בהנייתן מויו השכינה  
 בעטרה שבראשם והעטרה היא  
 המדרה הנקראת כן שאמר בה  
 הכתוב יהיה יי צבאות לעטרת  
 עבי ובה נאמר בעטרה שעטרה  
 לו אמו רמזו על קיום בני העולם  
 הבא ורמזו על עיקר המן וכו':

*h. e. quod filii seculi venturi habeant subsi-*  
*stentiam seu sustentationem suam per elemen-*  
*tum vel principium Manna, quod est Lux su-*  
*perna & Divina, sicut ajunt; In seculo*  
*venturo neque edunt, neque bibunt, sed*

*Justi sedent cum coronis in capitibus suis,*  
*& aluntur Splendore Majestatis Divinae.*  
*Fruuntur autem vel sustentantur à Gloria*  
*Majestatis Divinae, dum adherent Deo &*  
*conjunguntur cum eo; Corona capitis ipso-*  
*rum est Proprietas Dei, quæ sic vocatur,*  
 לעטרת  
*in Coronam Decoris, Esa. 28. 5. Item;*  
*Videte Regem in Corona, quæ coronavit eum*  
*mater sua, Cantic. 3. 11. Et sic innunt*  
*his verbis tum de alimonia seu sustentatione*  
*filiorum seculi venturi, tum de fundamento*  
*seu principio Manna. Præterea dicit Scri-*  
*ptura; Mandavit Nubibus desuper, & ja-*  
*nuas cœli aperuit, & depluit super eos*  
*Mau, & triticum cœli dedit eis, panem*  
*robustorum (Angelorum) comedit quif-*  
*que Psal. 78. 23, 24. 25. Item; Et pane*  
*cœli saturavit eos, Psal. 105. 40. Ex qui-*  
*bus diffis liquet, frumentum hoc esse in Cælo,*  
*& inde demissum esse per apertionem janua-*  
*rum ejus, quod idem ipsum est quod dixi,*  
*Lucem illam Divinam esse incorporatam.*  
*Nam de illa ita loqui solet Scriptura; ut;*  
*Et aperti sunt cœli, & vidi Visiones Dei,*  
*Ezech. 1. 1. vel quod jam antea fuerit in cœ-*  
*lo, sicut Rabbinî nostri dicunt, Manna*  
*creatum esse in vespera diei sexti Creationis.*  
*Idem in libro Toras Adam, parte ultima,*  
 שער הגמול Partem Re-  
*tributionis, fol. 105. col. 3. והננה*  
 ראינו כי זכורת הנפש קיום גופם  
 בדברים הדקים והזכים מהם  
 בדקים מן הדקים כי אנשי המן  
 נתקיימו במן הנבלע באיברים  
 שהנא מתולדת האור העליון  
 המתגשם ברצון כוראיו יתברך  
 וזכו במדבר משעה שנתעלית  
 נפשם וכו': *Et ecce videmus, quod*  
*meritum vel justitia Animarum sit à susten-*  
*tatione*

tatione corporis ipsarum per res Subtiles & puras, & quarundam per res omnium subtilissimas. Sic Israelitæ Manna comedentes sustentati & nutriti fuerunt Manna, quod in membris ipsorum absorptum fuit, & est ex generatione lucis Superne incorporate per voluntatem Dei creatoris sui &c. Videatur & R. Bechai m. fol. 83. col. 1. & 84. 1. Similia quædam leguntur in Zohar, in Exod. fol. 27. col. 4 & fol. 28. in פרשת חמון sectione de Manna, sed obscurius: תה כל יומא ויומא נטף טלא מעתיקא קדישא לועיר אפיז ומתברכין כל חקל תפוחין קדישין ומהווא טלא אנגיד לאינוז דלתתא ומלאכין קדישין אתונו מניה כל חד וחד כפוס מיכליהי ההר לחם אבירים אכלאיש רהא מהווא מזווא אכלו ישראל: Tradiderunt Sapientes no- stri; singulis diebus destillat Ros ab Anti- quo sancto in Juniorem facie, & benedi- cuntur omnes agri pomis sanctis. Et ab illo Rore derivatur in inferiores, & Angeli sancti aluntur eo, qui que quantum comede- dere potest. Hoc scilicet est quod dicitur Psal. 78. Panem robustorum comedit vir. Nam de illo cibo comederunt Israelitæ in deserto. R. Simeon dixit; Qui autem sunt illi, qui eo tempore illo Manna cælesti nu- triti fuerunt? Respondit: Hi sunt Sapient- es, qui diu noctuque student in Lege. Al- ter excipiens porro dixit; כי סלקא רעתך מהווא ממש לא אלא An existimas illo Manna ipso? Respondit; בעין ההוא מהווא ממש דשקיר Non: sed cibo ei simili, qui על חד תרין

duplo plus valet, vel pretiosior est &c. Et fol. 28. col. 3. R. Elieser dixit; מהאי מנאזמין צדיק אלמיל לעלמא דאתי ואי תימא בהאי גוונא ליה אלא יתיר דלא הוה בז De illo Manna comesturi sunt Ju- sti in saculo futuro: si dixeris, An eo modo (quo Israelitæ olim comederunt)? Dico, nequaquam, sed longe excellentiori; qua- liter nunquam factum fuit, sicut scriptum est, Ad videndum amoenitatem Domini, & inquirendum in templo ejus, Psal. 27. 4. Item; Oculus, ô Deus, non videt præ- ter te &c. Esa. 64. 3. In his mysteriodes est, quod dicitur de עתיקא קדישא Antiquo sancto; & זעיר אפיז Juniore facie. Ille ibidem aliquoties etiam voca- tur עתיקא סתימאה Antiquus absolutus; Hujus etiam iterum fit mentio col. 2. כהווא שעתא נטף טלא קדישא מעתיקא סתימאה ומליא לדישה דועיר אפיז אתר דאקרי שמים ומהווא טלא דנהווא עלאה קדישא הוה נגיד ונחית לתתא וכד הוה נחית הוה מתפרש גלדיז וגלדיז ואקריש: Ea hora destillavit Ros San- ctus ab Antiquo sancto absoluto, & imple- vit caput Junioris facie, in loco qui voca- tur Cælum. Et de illo Rore Lucis Superne sancte derivatum fuit, & descendit in ter- ram, cumque descendit, separatim fuit in guttas q. pruine, & congelatum fuit infe- rius &c. Qui vult, videat ibi plura. Hæc producere volui, tum quod sententiam Abarbanelis pro miraculosa Mannæ natu- 99 12

ra & productione eleganter confirmat, tum quod ex illis appareat, Veteres Hebræorum Patres quoque sub hoc cœlesti Manna mysteria latentia contemplatos esse, tum etiam quod aliqua fortassis ex illis erui possint à sagaciori ingenio præditis, ad illustranda ea quæ in N. Test. de Manna leguntur, Joh. cap. 6. & 1 Cor. 10. 3. Dicunt nempe, *Manna principium & originem suam habuisse à cœlo, esse à Splendore & Luce à Deo egrediente, sed miraculoso & ineffabili modo, per solam Dei voluntatem & omnipotentiam, incorporata*; Sic Christus principium & originem suam habet à cœlo, est Lumen de

Lumine, à Patre egrediens, Splendor gloriæ ipsius, per assumptam carnem propter salutem nostram corporeus factus, Panis cœlestis, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Ita quod Apocal. cap. 2. 17. legitur de *Manna abscondito*, haud inconcinne explicari potest  $\text{יִסְדֵּי לַעֲמֻן}$  de eo quod vocant *Elementum* seu *Principium Manna*, quod in cœlo & nihil aliud est, quam Lex, Gloria & Splendor incomprehensibilis Majestatis Divinæ, quo fruuntur beati Angeli & Animæ in cœlo, per quem cum Deo conjunguntur, & in æternum vivunt. *Buxtorf.*

ΠΑΛΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ

αὐτῆς ἰσμῶ ἰάδε φησὶν, ἐκ τῆ δευ-  
τέρου λόγου πρὸς θεῶ.

RURSUS IN TERTIA

parte hæc inquit, ex secundo  
lib. de Deo.

<sup>1</sup> ΟΥΡΑΝΙ, ὑψιβερέμετα, μάκααρ, ὅς ἔχει τὸ  
<sup>2</sup> Χερουβιμ

ALTITONANS, fœlix, cœlestis, habensque Cherubim

Ἰδρυ-

<sup>1</sup> Οὐρανοῦ &c.] Pro hoc lemmate scripta erat censura, quam modo apposui, in regio codice: qui hinc tertium librum inchoat, hoc titulo  $\text{λόγος τρίτος}$ ;

quam librorum distinctionem etiam Rancetus sequutus est. *Opforans.*

<sup>2</sup> Χερουβιμ] Philologi & Interpretes non pauci nominis hujus [Cherubim] originem

nem & imponendi rationem inter Scripturam & *ἱστορίαν* referendam, nec operam in illius explicatione ludendam, censuerunt. Alii vero in illius ratione investiganda multum operæ & literaturæ (absit verbo invidia) frustra hactenus impenderunt. Ideoque Lectori non ingratum futurum existimavi, si in hoc agro, non adeo trito & subacto, paulisper laborarem. Quo vero sermonem apertum & distinctum habeam, primo de vero vocis huiusce veritatis sensu; deinde, de illius ratione, [h. e. cur imaginibus Aræ affixis imponeretur] examen instituendum est. Ut genuinum vocis sensum & originem assequamur, ad sacram Scripturam & linguas Hebrææ cognatas diligenter attendendum est. Ex iis autem vocabulum illud multiplici significatu gaudere, facile percipiamus. Nam primo, Bovem aut Vitulum notat, idque ex prima (ni fallor) vocis intentione. Hoc ita habere, luculenter constabit è duobus locis Ezechielis *עֵי פְנֵי חֶרֶב* positus, Cap. 1. 10. Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & facies leonis, & facies bovis, & facies aquilæ. Cap. 10. 14. Facies unius, *פְּנֵי הַכְּרוּב* facies Cherub, & facies secunda facies hominis, & tertia facies leonis, & quarta facies aquilæ. In quibus verbis obvium est observare, Prophetam pro *פְּנֵי שׁוֹר* vultu bovis cap. 1. *פְּנֵי תְּכָרֹב* cap. 10. posuisse. Hujus autem mutationis [cum propheta ejusdem animalis formam, utroque in loco se referte asserat] nulla occurrit ratio, nisi quod vox *Cherub* bovis significatum antiquitus obrinuerit. Huic conjecturæ sua præbet momenta affinis Syrorum & Chaldæorum dialectus: nam Syris, & Chaldæis *כְּרַב* *Cherab*, arare denotat, quod

proprium apud gentes antiquiores boum munus. Inde causa data Prophetæ verbis, Amos. 6. 12. *An curret in petra equi? aut quis arabit bobus?* Et Sirachidis, Eccles. 38. 26, 27. *Quo pacto fiat sapiens qui*

*tenet aratrum, boves agens & versans in eorum operibus?* Quibus consonum Poëtæ dictum,

*Navita de ventis, de tauris narrat arator.*

Inde factum quod Veteres, terra, agricultura, & alimenti symbolum bovem fecerint. Neque novum atque insolens videri possit, quod apud antiquos Hebræos bovem ab arando nomen habuisse dixerim: bos enim (si quid valeat Bocharti conjectura) *בָּקָר* dicitur, quia Arabice

*بَقَرٌ* est terram vomere profcindere. His apprime convenit, quod boves olim *Triones* dicerentur; vel à terra quasi *Terriones*, aut quasi *Striones* (ut voluit Scalliger) à *stria* quam faciunt dum sulcos vomere profcindunt. Non distitendum interim (ut in callem redeam) Lexica pleraque hanc vocis *Cherub* notationem alto silentio præterire. At ratio illa levior videtur, quam ut illius causâ hanc vocis notationem rejiciat quispiam; cum non tantum argumentis jam in medium allatis, sed clarissimorum in Rep. literaria Triumvirorum [Josephi Medi, Lud. de Dieu, & Bocharti] suffragiis, jam dictus vocis illius sensus & origo se tueri possit. Cum autem *Cherub* (uti dixi) bovem, creaturam corporis viribus præstantem, primario significaret: inde profectum videtur, quod ea voce magnates & viros potentia & fortitudine singulari conspicuos olim denotarent. Nam, *Secundo*: Vox *Cherub*, ad fortem, potentem, & validum, significandum in Scripturis usurpatur. Hunc sensum vocis affigendum docent Dei ad regem Tyri verba, *אֵת כְּרוּב מְמַשֵּׁחַ* i. e. Interprete

Tremellio, *Tu Cherub eras, ex quo unxite, &c.* Ubi proculdubio vox illa potentiam & magnitudinem illam indicat, qua rex ille vicinos, imo & semetipsum, superavit, ex quo Deus illum ad sedem regiam evexisset. Eam etiam notationem adstruit Syrorum dialectus, in qua *potentem*

tem & magnum, & vim aut fortitudinem, sonare, Lexicorum fide comprobatum est. Hisce firmitatis aliquid addit Philo, qui tradit [haud dubie ex Hebræorum disciplina] per Cherubim, τὸς τῶ ὄντι & δυναμεις, τὸ π πεινηκὺν ἢ βασιλικὸν, potentiam ejus qui Est, creatricem & regalem, designari; & ἰλασίων fuisse σύμβολον & ἰλασίου & ὄντι δυναμεις, symbolum potentie Dei potentie. Est itaque cur creditur, Vocem Cherub apud Hebræos antiquiores potentie notationem habuisse, quamvis significationis hujus antiquæ vix ulla, nisi in cognato Syrorum idiomate, supersint vestigia; ni forte civitas apud Ezram memorata, nomen Cherub invenit, quod valida esset, h. e. probe munita nec facili conatu expugnanda. Hæc animum inducant opinari, Vocem Cherub fortitudinis significatum apud Hebræos antiquiores habuisse. Inde vero res hæc mihi penitus confirmatur, quod Deus in sacris literis nunquam super Cherubim sedere vel equitare dicatur, nisi cum Illius potentia & fortitudo celebranda vel invocanda veniat. Cum enim viribus ad bellum indigerent Israëlita, ad Shilo misisse dicuntur, ut peterent inde arcam fœderis Jehove Exercituum, insidentis Cherubim. Et cum Hezekiah se hostibus suis imparem persentisceret, auxiliarem Dei potentiam imploravit, dicens, Jehova Deus Israël, insidens Cherubinis, illucesce: coram Ephraim, Benjamin & Manasse [qui Arcam proxime & quasi à tergo sequebantur] excita potentiam tuam, & veni ad salutem, &c. Quasi dixisset, "Tu qui sedes inter fortes, eosque ad nutum tuum compositos habes, exere fortitudinem tuam, & populo tuo jam laboranti suppetias feras. Huic loco affinitate propinqua jungitur Psal. 99. 1. Jehova regnat, commoveantur populi: insidet Cherubinis, nutet terra: h. e. "Terra sede sua moveatur liceat, & suffragantur omnia, animi nunquam deficient, quoad Deus insideat Cherubim, sede sua minime deturban-

mus. Huc etiam spectat Psal. 18. 11. ubi Psalmistes Dei potentiam celebrans, Insidens, inquit, Cherubinis volat, volitatque super alas venti. Quem locum Chaldaeus in hæc verba reddidit, Et visus est בגבורתיה in robore suo super Cheru-

bim levissimus, & adduxit potentiam suam super alas turbinis. Quid autem sancti Viri, Dei sessionem inter Cherubinos, tanquam firmissimum potentie argumentum toties adhiberent; nisi quod Cherubim fortes & validos olim denotaret, ideoque certum potentie divine rebus suis affuturæ omen & argumentum inde capiendum existimarent? Hisce, clausulæ loco subjungam Procopii verba: Scriptura solet vocare Cherubim, quicquid potens est. Id vel inde patet: Qui sedet super Cherubim, id est, qui potens est regnare: Adscendit super Cherubim & insidet, i. e. cum multa & magna advenit potentie. Tercio: Vox hæc personam prudentem & multa cognitione præditam olim significavit: ut plane convenit cum affini

כבר חיבי [facta literarum metathesi] quod scientem, gnarum, solertem, notat. Hunc vocis sensum Lexicographi moderni non agnoscunt, ei vero ex Antiquis haud pauci patrocinantur. Inter eos Philo Judæus imprimis, de simulacris Arcæ conjunctis agens, & ἵ, inquit, παρὰ μὲν γὰρ ὅτι ἀπεσχερῶς ἔστιν Χερουβίμ, ὡς δ' αὖ Ἐδωκὸς ἐπέκεινται ἐπιγνώσεις ἢ ἐπιστήμη πολλή. Hæc autem sermone vernaculo nominantur Cherubim, hoc est; cognitio & scientia multa. Consentit Clem. Alexandrinus, sic vocem explicans, ἔχει δὲ τὸ ὄνομα τῶν Χερουβίμ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν πολλήν. Vult autem nomen Cherubim significare multam cognitionem. Cum iis facit S. Hieronymus, dicens, Cherubim lingua nostra interpretatur multitudo scientiæ. Hic multum aestuare, & varias conjecturas comminisci solent viri docti, ut S. Hieronymi interpretatio veritati consona videatur. Nam in hanc rem Martinus Merfenus Cherub deducit à

נכר *cognoscere*, & רב *multitudo*. Vir doctus qui S. Hieronymi opera notis illustravit, rem alia ratione expediendam censuit: Nam כרב, inquit, significat

tanquam multitudo, כרב tanquam Magister, & ex utraque significatione in uno verbo conjuncta, nata est illa interpretatio. Sed magis ingenuum se præbuit eruditus Rivetus, cum dixit, Quomodo fieri possit, ut à multitudo scientiæ derivetur vox כרב, fateor me videre non posse, nec id docet Hieronymus. Ut lectorem hic forsitan hærentem expediamus, dicendum videtur, Hebræos antiquiores vocem כרב

ad notandam scientiæ multitudinem usurpasse. Ita me persuasum faciunt, non tantum Veterum quos jam citavi testimonia, sed significatus hujusce vestigia in affini Syrorum dialecto etiamnum deprehensa. In hujus rei fidem audiamus quæ Isabar Ali habet in Lexico, Cherubo à voce Cherubatho, i. e. fortitudo. Interpretatio alias ejus est multitudo scientiæ. Eadem significatio firmatur verbis Johannis Metropolitanæ Darenensis, quem Abraham Ecchellensis seculo quarto vixisse perhibet &c. Quid etiam nomen Cherubim? Multitudo cognitionis, sive effusio sapientiæ, sive abundantia & opulentiæ sapientiæ. Hæc vocis origo stomacho meo pergrata venit, quamquam Morinus eam conquire non novit: nam in etymo, inquit, Cherubim; Dionysii errorem amplificare videtur Darenensis: nam & S. Dionysius, libris de Hierarchia Ecclesiastica, Cherubim notare multos sapientiæ & cognitione affirmavit. Quarto: Cherubim ad Angelos significandos in scripturis adhibetur. Nam vocem eo sensu venit, Genes. 3. 24. & variis Ezechielis visionibus, unanimi Interpretum suffragio confirmatum est. Hinc factum quod Judæi simul & Christiani, in scriptis & precum suarum formulis, semper usi sint vocabulo Cherubim ad Angelos significandos. Ideo vero Spiritus S.

Angelos eo nomine donasse videtur, quod nominis illius omen implerent maxime, & fortitudine scientiæque creaturas alias tanto intervallo antecederent, quod digni essent qui הכרובים fortes aut scientes, emphatice & per eminentiam, dicerentur. Hanc nominis Angelici rationem eo veritati propiorem censeo, quod Angeli, in Vet. & Novo T. potentiæ titulis frequenter insigniantur. Nam appellantur Exercitus colorum, 1 Reg. 22. 19. Curvus Dei, Psal. 68. 18. Angeli robore præcellentes, Psal. 103. 20. Et signanter אַבְרִים fortes, Psal. 78. 25. Dedit illis

לַחֵם אַבְרִים id est, ad mentem τῶν LXX, ἄρετος ἢ ἀγγέλων. Et Psal. 89. 7.

בְּכַנְי אֱלִים inter filios fortium, Targum per באוכלוסי מלאכיָא inter choros Angelorum interpretatur: Ob-

summam potestatem אלהים etiam à Psalmista vocantur, quem Apostolus de Angelis interpretatur. Hymno in super Apocrypho αὐθιμαίς Κοπίς, Domini potestates vel potentiæ nominantur. In Novo Test. ἄγγελοι καὶ δυναμεις, 1 Pet. 3. 22. ἐργαία ἐκυσταίον, Luc. 2. 13. δόξα, Eph. 1. 21. Col. 1. 16. ob potentiam illam qua creaturas alias longe superant. Angeli etiam non minus scientiæ nomine sub Vet. Testamento inclaruere: prout enim fortitudo Angeli ad maximam fortitudinem, sic & sapientiæ Angeli ad maximam sapientiæ exprimentandam, tanquam formula proverbialis, usurpatur. Nec sine bella veri specie, nonnulli verba serpentis [εἰτις בְּאֱלֵהִים] de Angelis interpretantur: ut hic sit verborum sensus, Intellectus vester, qui jam ab Angelis sapientiæ superatur, tanta scientiæ illuminabitur, ut similes Angelis evadatis, indubie scientes quid bonum, quid malum, quid de quaque re verum sit, quid falsum, quid.

quid affirmandum, quid negandum sit. Quinto: Vox Cherubim ad sacras imagines Arce operculo impositas indicandas frequenter usurpatur. Hoc enim innotescit, qui vel prima attingit Theologiæ vel Scripturæ limina. Tribus autem de causis imagines illæ nomine Cherubim dictæ videntur. Angelorum emblemata erant, & eorum naturas similitudine quadam referebant: ideoque par erat, ut ipsorum Angelorum nomen gererent, & Cherubim dicerentur. Nam observante Grotio, simulacro nomen dare ejus quem simulacrum refert, receptum est apud omnes Gentes. Vox Cherub apud antiquiores Hebræos figura vel simulacri significatum habuisse videatur. Ita mihi persuadeo, quod simulacrum denotet, & Cheruba Syris sit, Effictor, formator imaginum. Docent autem linguarum Orientalium consulti, linguas Hebrææ cognatas, [Syriacam, Chaldaicam, Arabicam] plurima vocabula Hebræa, & varias vocum Hebræorum significaciones, suis in archivis recondere, & naufragas linguæ illius antiquissimæ merces, alias perituras, fartas tectas conservare. Nugari forte videret, si significatus hujus antiqui memoriam linguam etiam Græcam retinere dicerem. At sane vox Κεραυβις non longe recedit à כרוב: Est

autem Κεραυβις, σήλη, ἢ ἐύλιον ἢ ἄζων, ἐν ᾧ τὸ πάλαιον εἰ νόμοι ἰσχυρότεροι. Columna, vel axis lignea, qua leges antiquitus incisæ fuerunt, aut exarata. Versimile est, olim sic usum obtinuisse, ut vox hæc non figuras simplices, sed è certis animantium formis mixtas, indicaret: adeo ut Cherubim apud Hebræos, prout Sphynxes apud Ethnicos, figuras poëticas & quasi hieroglyphica denotarent. Hac de re persuasum est mihi, quod LXX, quanquam centies occurrit vox Cherubim, eam nunquam transferant, sed per Χερουβιμ perpetuo reddant: Quid autem ita faciunt, nisi quod vox Cherubim illam formarum compositionem notaret, cui exprimidæ impar erat Græcorum lin-

gua? Deinde: satis è Scripturis elucet, & omnium consensu firmatur, Cherubim figuras mixtas fuisse; & Tabernaculi Templique artifices, communitantum vocis usu doctos, earum figuras plane cognitatas habuisse: nam apertum est, Deum quid per Cherubim voluit, nullibi distincte & perspicue explicuisse. Præterea legimus 1 Reg. 7. 29. figuras leonum, boum, & Cherubim, basis cujusque climacteras, adornasse: unde prochie est colligere, leonum boumque nomine figuras simplices, Cherubinorum vero figuras mixtas: intelligendas esse. Sed hæc paulo accuratius & opportunius Capite sequente discutienda venient. Nominis hujusc sensum sat multis docuisse videar: dicendum est proxime, cur nomen illud imaginibus Arce affixis imponeretur. Quantum itaque hæc de re conjecturis assequi datur, simulacra illa ob rationes sequentes nomen Cherubim sibi inditum habuerunt. 1. Quod nomen illud, imaginum earum figuris apprime conveniret. Nam è jam dictis, & statim dicendis, constet, imagines illas è variis animalium formis compositas fuisse; ideoque par erat ut Cherubim dicerentur, cum Veteres Hebræi nomen illud pro figuris mixtis & hieroglyphicis crebro sermone usurpasse videantur. Quamvis autem Cherubim mixtas animalium diversorum figuras gererent, vulgo creditum est, sacras illas imagines ad speciem bovinam propius accessisse. Cum itaque vox illa boves etiam denotaret, rationi convenit, Deum nomen Cherubim imaginibus illis indidisse, quod cum earum figura vel parte præcipua maxime consentiret. Nam, ut recte Ciceroni dictum est, ex eo quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur. Hæc verba Galenus pene Græca fecit, cum dixit, ὁπὲρ τὸ πολυεικτεῖν ἐν τῇ κούρῃ, γίνονται αἱ ἀποστοχολίαι. 2. Quod imagines illæ ministerii & præsentia Angelicæ symbola erant & figuræ. Doctorum omnium opinione receptum est, Che-

Cherubim, arcam alarum flexibus ambientes, beatos illos spiritus denotasse, qui Evangelii mysteria admiratione defixi contemplantur, qui Cœli majestatem promptissimæ celeritatis obsequiis ambiunt, & Illius imperata veloci & quasi alato ministerio peragunt. Quum itaque imagines illæ Angelos representarent, & eorum quasi vicem gererent; par erat ut nomine Cherubim, quod Angeli diu antea innotuissent, insignirentur. 3. Nomen Cherubim [fortes aut potentes notans] imaginibus hæc datum videtur, quod Arca fortitudinis & potentia divinx symbolum esset & sacramentum. Neque hoc gratis dictum sentiat Lector, aut oscitanter prætereundum: si enim Scripturas Arcam spectantes attentius adspiciamus, pateat Deum Arcam, non tam justitiæ, misericordiam, aut scientiam, quam potentia suæ, pignus & monumentum statuissè. Eam enim David *Arcam fortitudinis Domini* nominavit, 132. Psal. 8. Idem nomen & Salomon Arca tribuit 2 Par. 6 41. *Robur etiam & gloria Judæorum dicta est, Psal. 78. 61. Tradidit in captivitatem robur eorum, & gloriam eorum in manus hostium: nam locum illum de Arca à Philistæis capta intelligendum esse, interpretum pene omnium suffragio comprobatum est. Eodem spectare videntur Psalmistæ verba, Desideraverit Te anima mea, ut viderem עֲרֹב וְכִבְרֹת*

*gloriam tuam, sicut vidi in Sanctuario, ubi scilicet Arca reponebatur. Hæc & loca similia Judæis antiquioribus ansam dedisse videntur, Arcam fortitudinis aut potentia nomine appellandi, prout è verbis Sirachidis haud obscure colligendum est. In Ecclesia Altissimi os suum aperiet Sapientia, & coram potentia illius gloriabitur: hoc est, inquit Grotius, in Templo ubi est Arca, quæ עֲרֹב Hebræis. Hinc & Sanctuarium, Arca locus & sedes, Sanctuarium roboris, Dan. 11. 31. & excellentia fortitudinis, appellatur, Ezech. 24. 21.*

Et Psalmi omnes, ad celebrandum Arca in Sionem adventum compositi, Deo fortitudinem tribuunt vires humanas longissime superantem, & in propria Dei potentia celebranda vel imploranda, toti occupantur. Nam Psalmus 24. quem plerique cum Arca in Sanctum Sanctorum esset inferenda scriptum sentiunt, Templi portas per prosopopœiam sic alloquitur, ver. 7. 8. *Elevate, o portæ, capita vestra, elevate vos portæ perpetua. & introeat Rex gloria. Quis est Rex gloria? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prelio.* Interpretes etiam Psalmum 68, qui multus est in potentia Dei celebranda & Illius auxilio implorando, eadem occasione scriptum arbitrantur. Similia nobis occurrunt in hymno, Magistro symphoniae tradito, cum David arcam in Tabernaculo statuisset. Quæ sane loca omnia causam opinandi præbent, Arcam non tam presentia quam potentia divinx pignus & monumentum à Deo constitutam, hoc etiam pios omnes è Veterum Hebræorum Gente probe tenuisse. Neque hoc ævi recentioris Hebræos latuisse, è verbis Authoris Targ. Hierosolymitani probabiliter concludamus. Sic enim textum illum celebrem explicandum censuit. *Cum Arca proficisceretur, erigebat Moses in oratione manus suas, ac dicebat, קום ייברא רי בתקופה הילך* Surge o verbum Domini, cum fortitudine roboris tui, &c. Cum itaque Arca cum Cherubinis fortitudinis divinx propitiæ tessera esset & sacramentum, opinari par est, non tantum Cherubim fortes & potentes indigitasse, sed Deum nomen illud Arca simulacris impostuisse, ut fidem eo certiore populo faceret, Fortem Israël rebus eorum præsidere, nec quicquam ab hostibus timendum, quamdiu fortitudinis tantæ præsidio se dignos redderent. 4. Ægyptiis, aliisque gentibus antiquioribus, in more erat, Deos & Dæmonas suos nominibus à potentia & fortitudine desumptis insignere. Nam, ut ab Ægyptiis.

peius ordiamur, eorum APIS fortis aut potens per eminentiam dicebatur. Hanc assertionem fide dignam reddunt verba Jeremiae: **מרוע נכחף אבירך** /

vel (uti LXX legerunt) **אבירך** / *Quare abductus est fortis tuus? nam ea sic effertur LXX, Διευτι ἰφουρει δὲ πὸ σὸ ὁ Ἀπῖς, ὁ μὲν ὁ ἐκαλετὸς σα; Cur a te fugit Apis, ille Vitulus electus tuus? Ubi clarum est, Græcos **אבירך** fortem tuum, per Apim*

vitulum interpretari. Græcorum interpretationem ratam habet & versio Arabica, quæ sensum loci sic reddidit, *Cur fugiens fugit vitulus tuus electus? Hæc Prophetæ interpretatio verisimilior existimetur, quod Apis ille Diis aliis potentia & virtute præcellere crederetur. Nam Ælianus, hoc numen memorans, Θεός, inquit, Αἰγυπτίους ἐναργέστατος ὁ Ἀπῖς εἰναγ πρὸς εἰς τὴν Ἀπῖς apud Ægyptios efficacissimus Deus creditur. Neque APIS tantum, sed & Ægypti SERAPIS, fortitudinis præcipue fama claruit. Refert enim Porphyrius, Sarapia in hunc modum de seipso cecinisse.*

**Φαῖδρὸν ἢ κτ' δάμα Θεὸς καταλάμπεται αἰγιό·  
Ἦλθε δ' ἐνπρόθεσι μέγας Θεὸς εἶδεν ἐμείο  
Κάρετ' ἀραιμμάκτων.**

Id est,

*Lux lata Dei templum irradiat,  
Venit quippe magnus Deus, & adspexit*

*Invisum robur meum.*

Hoc forsan, aut aliud eicognatum, oraculum in causa fuit, quod Serapim nonnulli Jovem, ut verum omnium potentem, dicerent. Ægyptiorum ΒΑΣΙΛΙΟΥΣ etiam fortitudinis laude celebrem fuisse, is facile admittet qui Plutarchum audiet: **Γαρρῆται δ' ἐν ἰσθμῷ πρὸς ἀπὸ ὁ Διόνυσος ἰσθμῷ Αἰγυπτῶν, σὺν Ὀσπερι, ἀλλὰ Ἀρσάφης ἐν τῷ ἀλφά ρεζιμαλὶ λέγουσιν δὴ λέγουσιν τὸ ἀνδρείον τὸ ὄνοματ'. Fertur etiam ab Ægyptiis Bacchus filius Isis esse, qui non Osiris, sed Arsaphes [voce ab alpha litera**

*incipiente] nomen gerat, quo fortis significatur. In ejusdem laudis locietatem & OSIRIN Ægyptium vocat Apuleius, quem ornavit titulo Magni Dei Dominique, Summi Parentis, in visis Osiris. Ægyptios antiquos hujusmodi ritibus & elogis Numina sua ornare solitos, eo facilius est creditu, quod & aliæ Gentes Deos suos titulis potentiam & fortitudinem notantibus honestarent. Nam inter Phœnicum Deos, CABIRIM, i. e. exponente Varone, Θεοὶ θυγατρὸς, præcipue censebantur: & nominis rationem firmant Tertulliani verba, Lib. de Spectaculis; *Ante eas [columnas] tres aë trinis Diis patent, MAGNIS, POTENTIBUS, VALENTIBUS: eosdem Samothracas existimant. Syri numen coluere, cui Αἰζῆτος, à ἰσθμῷ fortis & robustus, nomen fecerunt. Arabes antiqui Lunam, aut Venerem stellam, nomine كبر Kabar, quod lingua He-**

*bra & Phœnicia potentem sonat, in veneratione non vulgari habuerunt. Refert etiam AL-Firauzabadius eos aliud idolum coluisse [Mohammedis jussu perditum] cui ALUZZA nomen. Hoc autem nomen, illi à potentia inditum (inquit Author ille) formæ est fæminine ab (خمر) quod robore*

*supra alios excellentem denotat, quasi summe potentem aut potentissimum dicas. Hunc Gentium morem [Deos ob potentiam celebrandi, & inde nomina iis imponendi] perantiquum fuisse, è scriptis canonicis simul & apocryphis elucescit. Nam in scriptis canonicis eos nunc צורִים rupes, nunc אֱלֹהִים fortes, nunc כּוֹעֲזִים ro-*

*bora, dictos inveniamus. In scriptis apocryphis legimus, Ethnicos θεῶν τῶν μαρτυρῶν fortitudines idolorum: Israelitas etiam sacrificasse τῇ Βάαλ τῇ θυγατρὶ. Ita nonnulla exemplaria legunt, & lectioni favent Prophetæ verba de Vitulo Samariæ dicta; *Lugent super eum populus ejus & Sacerdotes ejus, qui exultaverunt super eum, & אֱלֹהֵי כְבוֹדוֹ propter gloriam ejus,**

Ἰδρυμένον, λίτομαι, παναληθία φημίξασαν

Firmatum, precor ut me plane vera locutam

Παῦλον

quia migravit ab eo: ibi enim per Vituli gloriam, illius opinata potentia & fortitudo, quæ cultoribus ejus exultandi materiam dedit intelligenda videtur. Neque novum est, ut gloria pro fortitudine in scripturis usurpetur; quod exemplis bene multis ostendi posset, si ab instituto sermone deflectere liceret. Cum itaque Ægyptii Gentisque aliæ, Deos suos titulis summam potentiam notantibus insignire, eosque fortitudinis nomine celebrare, solerent; par erat ut imagines Deo pro sede & folio positæ, CHERUBIM, fortes aut potentes, dicerentur; ut perpetua manerent potentia divinx monumenta, & Israelitæ in eo qui inter Cherubim habitavit, fiduciam suam reponerent; non in Gentium Numinibus, fallaci tantum fortium titulo decoratis. Deinde: cum seculo illo rudiori potentia & fortitudo præcipue Deos commendarent, multum ad religionem intererat, ut Deus Israelis inter imagines à potentia denominatas habitaret, ut fortitudo suo tantum Sanctuario inesse crederetur, & Ei uni כבוד ועז

gloria & fortitudo tribuerentur. Sacra simulacra quibus nomen à potentia datum, ætati & æconomia illi maxime consentanea fuisse videantur. Tunc enim Deus ipse Regis politici nomen & locum tenuit, & numero suo congruum erat ut folio è Cherubim [i. e. summæ potentia symbolis & monumentis] facto insideret. Nam ea de causa forte thronus leonibus sustentatus Salomoni placuit, quod animalium fortitudine præstantium simulacra, fortitudini & imperii sui præcellentis indices extarent & monumenta. Deinde: Sub

Oeconomia Mosaica ita comparata erant omnia, ut homines potentia magis quam bonitatis divinx sensu affigerentur, & Dei timor magis quam amor eorum pectoribus incuteretur. Hoc S. Augustino observatum, cum dixit, Quantum differunt Lex & Evangelium? quantum timor & amor. Præterea, in rudiore illa mundi ætate, homines intimiore potentia, quam sapientia, vel sanctitatis divinx sensuangebantur. Ideoque in Vet. T. tituli potentiam singularem & plane tremendam significantes Deo sæpe tribuuntur: appel-

latur enim אֱלֹהֵי יַעֲקֹב δυνατὸς Ἰσραὴλ, Genes. 49. 14. אֱלֹהֵי כְּבֹד δυνατὸς

יְהוָה, Job. 36. 5. Ἰσχυρὸς Ἰσραὴλ, Jcf. 49. 26. Elohim & Shaddai, quæ nomina, si Buxtorffio & Bocharto fidimus, à vocibus fortitudinem notantibus ortum petunt: Septies vocatur petra Israelis Deut. 32. 18.

titulo (uti docet Chaldaus) אֱלֹהֵי תְּקִיפָה Deum fortem denotante. Sæpius אֱלֹהֵי אַל dicitur, quod Aquila, ἰσχυρολογίας ejus exprimens, ἰσχυρὸν fortem interpretatur. Non raro etiam יְהוָה צְבָאוֹת Deus exercituum audit. Virgo

Maria Deum signanter ἡ δυνατὸς, & Scriptor Apocryphus ἡ δυνατὸς, vocat. Adeo ut Judæi & Gentiles antiquiores hac in re amice convenirent, quod ambo Deum quem colebant nominibus potentiam indicantibus insignirent. Spencerus.

Παῦσον θαιόν με. κέκμηκα γ' ἔνδοθεν ἦτες.  
 Ἀλλὰ τί με κραδίη πάλι πάλλεται, ἠδ' ἐγε θυμὸς  
 ὃ Τυπλόμυθ' ἄμασι, βιάζεται ἔνδοθεν αἰδῶ  
 Ἀγγέλλειν πᾶσιν; αὐτὰρ πάλι πάντ' ἀγορεύσω,  
 Οἷσα θεὸς κέλεται μ' ἀγορεύειν ἀνθρώποισιν.  
 Ἄνθρωποι, θεόπλαστον ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφῶν,  
 Τίτιε μάτλω πλάζεσθε, κ' οὐκ εὖ θεῖαν ἀταρπὸν  
 Βαίνετε, ἀθανάτους κτίσε μεμνημένοι αἰεὶ:  
 Εἷς θεὸς ἐστὶ μόναρχος, ἀθέσφατος, αἰθέρι ναίων,  
 Ἄυτφους, ἄόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.

Paulisper recrees: animo nam fessa fatifco.  
 Sed quid cor iterum quatitur mihi? mensque fla-  
 gello  
 Icta, foras vocem prorumpere cogitur, omnes  
 Ut moneam? rursus nimirum cuncta profabor,  
 Quæ Deus effari mortalibus imperat ægris,  
 O homines, quibus est divina in imagine forma,  
 Cur temere erratis, cur non per recta viarum  
 Vaditis, æterni memores patris omnibus horis?  
 Unus & immensus Deus est, regnator & unus  
 Æthereus, sese consistens totus in uno,

ΟΝ

3 Τυπλόμυθ' ἄμασι] In eodem cod.  
 ut & Gallai. est μῆσι; & versu sequen.  
 ἐξαγγέλλειν πᾶσιν; αὐτὰρ. uti & sic legitur  
 in Gallai MS. ex Orphæo.

4 Ἄόρατος] Hesychius: Ἄόρατος - μὴ  
 θεωρεῖσθαι. Ἄόρατος, juxta Basilium M.  
 Orat. II. in Hexaem. est, ὃ μὴ πέφυκεν  
 ὀφθαλμοῖς σκεπτός κροταροῦ, ὡς ὁ νεὸς ὁ ἡμί-  
 πριος.



Ὀν χεῖρ γ' ὄκ' ἐποίησε λιθοξόος, εἰδ' ἄπὸ χευσῆ  
 Τέχνης ἀνθρώπου φαίνε τύπῳ, εἰδ' ἐλέφαντος  
 Ἀλλ' αὐτὸς ἀνέδειξεν ἰαῖωνος αὐτὸς ἑαυτὸν

Cuncta videns solus, non adspectabilis ipse:  
 Quem non humani saxo manus ulla, vel auro,  
 Aut eборе artificis fecit, retulitve figurans:

ὄντα

usurpantur, quæ ipsa quoque invisibilia sunt, sed ex rebus creatis videri dicuntur ad Rom. 1. 20. Nam, ut Origenes lib. xi. 1. contra Celsum, pag. 364. τὰ ἀόρατα εἰς θεὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ταῦτα, ἢ νοήματα, πῶς ποιήσονται νοήματα, ἐν τῷ νοήσῳ καὶ ἰσχυρῶν, invisibilia Dei ex creatione mundi, hoc est, intelligibilia ex creaturis intelligendo, conspiciuntur. Eleganter Theodoretus ad locum S. Pauli, per τὰ ἀόρατα αὐτῶν, intelligit δήμεριαν καὶ σενοίαν, καὶ δικαίαν ἐφ' ἑκάστῳ ψῆφον, καὶ τὴν παντοδραπίαν οἰκονομίας, creationem & providentiam, & justam in unoquoque sententiam, rerumque administrandarum multiplices ac varias rationes. Et Theophylactus, ex Chryostomo, τὰ ἀόρατα interpretatur Dei ἀγαθότητα, σοφίαν, δύναμιν, θεϊότητα, ἢ μεγαλειότητα, bonitatem, sapientiam, potentiam, divinitatem sive majestatem. Alia longe est sententia Oecunomii, qui in Epist. ad Romanos, pag. 252. dicit, Apostolum, vocare ἀόρατα, αἰθέρας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν ἑρανοῖς δύναμιν, angelos, & omnem in cælis potentiam. At, iudice Theophylacto, οὐκ ἀστέρας, minus apposite. II. De Creaturis, ut ad Coloss. 1. 16. ubi per ἀόρατα, & ὁρατά intelliguntur omnes creaturæ, quia sunt vel invisibiles, ut Angeli; vel visibiles. Ita interpretatur Greg. Nyssenus lib. 1. contra Eunomium, tom. II. pag. 341. quando dicit, πάντων τῶν

ὄντων τῶν ἀνωτάτω ἀστέριον εἰς τὸ νοητὸν, καὶ τὸ αἰσθητὸν τῶν τοιούτων ἔχειν, omnium rerum maxime generalem divisionem esse in eas, quæ intellectu, & in eas, quæ sensu percipiuntur. Et τῶν μὲν αἰσθητῶν φύσιν γρηκῶς ab Apostolo ὁρατῶν vocari, τῆς δὲ νοητῆς φύσεως πάσης ὀνομαζομένην εἶναι, τὸ ἀόρατον sensibilem naturam generatim, visibilem: natura vero, quæ intellectu percipitur, commune nomen esse, invisibile. Idem de iis, qui præmature abripuntur, tom. III. pag. 325. ἀόρατον dicit esse τὸ νοητὸν καὶ ἀσώματον ὁρατὸν vero, τὸ αἰσθητὸν τε καὶ σωματικῶδες, invisibile esse, quod mente percipi potest, & incorporeum: visibile autem, sensibile & corporeum. Et addit, Eius δύο ταῦτα διηρηθῆς πάντα τὰ ὄντα, εἰς τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὸ κατ' ἐνοίαν θεωρητέον, in hæc duo divisa esse omnia quæ sunt, insensibile, & in id, quod per mentis cogitationem consideratur & intelligitur. Chryostomus Homil. III. in Epist. ad Col. pag. 104. dicit Apostolum ἀόρατα dicere τῶν ψυχῶν, ὁρατά δ', πάντας ἀνθρώπους. Non sufficiens enarratio. Melius Nyssenus: & convenientius etiam Theophylactus ἀόρατα dicit esse ἀστέρα, γέλας, αἰθέρας, καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχάς. Vide Suidam in hac voce. Suicerus.

5 Αἰών. Placet scriptura regii codicis αἰώνιοστρο αἰών. Orphæus.

ὄντα τε, καὶ πρὶν ἔόντα, ἀτὰρ πάλιν καὶ μετέπειτα.  
 Τίς γὰρ θνητὸς ἐὼν καλεῖν δ' ἴωαται θεὸν ὅσοις;  
 Ἡ τίς χωρήσῃ καὶ τ' ἄνομα μένον ἀκῆσαι  
 Οὐρανίῃς μεγάλῳ θεῷ, κόσμον κρατέοντος:  
 Ὁς λόγῳ ἔκλισε πάντα, καὶ ἕρανόν, ἠδ' ἐθάλασσαν,  
 Ἡελίον τ' ἀκάμαντα, σελῶν τε πλήθεσσαν,  
 Ἀστρα τε λαμπερόντα, κραταιὰν μητέρα τ' ἰθὺν,  
 Πηγάς, καὶ ποταμούς, πῦρ ἀφ' αἰθῆρας, ἡμάτα, νύκτας.  
 Αὐτὸς δὲ θεὸς ἔειπ' ὁ πλάσας ἑτερογράμματον  
 Ἀδάμ,

Ipse sed ipsum se seculo monstravit ab omni,  
 Quique est, qui que fuit, qui porro deinde futurus.  
 Cujus namque Deum mortalis lumina possunt  
 Cernere? quæve ferent vel vocem nominis auris?  
 Cælestis, magnique Dei, mundumque regentes,  
 Omnia qui dicto fecit, cælumque, salumque,  
 Et rapidus solis cursum, lunamque tumentem,  
 Sidereos ignes, solidam magnamque parentem,  
 Fontes & fluvios, ignem, noctesque, diesque.  
 Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam,  
 Τὸν

6 ὄντα τε &c.] Omnia hæc quæ de Deo scribuntur non esse Sibyllæ, ex eo constat, quoniam post conscripta Apostolorum oracula, sunt prolata, imo etiam ipsissimis sacrae Scripturae verbis exposta. Galleus.

7 ἰθὺν] Recte regius codex τηθὺν,

terram communem omnium matrem, quemadmodum Homerus Iliad. 5.

Ὡκεανὸν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τῆθῆν.  
 Orphæus.

8 Τετραγράμματον Ἀδάμ] Quæ à nonnullis viris doctis afferuntur argumenta ad infringendam horum oraculo-  
 rum,

Τὸν πρῶτον πλαθέντα, ἢ ἔνομα πληρώσαντα  
 Ἀνθρώπων τε, δύναντε, μεσημβρίαν τε, ἢ ἄρκυν.  
 Ὁ ἄνθρωπος ἐποίησεν μερόπων μορφὴν τε τύπον τε,  
 Καὶ θήρας ποιήσας, ἢ ἐρπετὰ ἢ πελειῶνά.  
 Οὐ σέβετε, εἰδὲ φοβεῖσθε θεὸν, ματαίως ἢ πλανᾶσθε,  
 Προσκυνεῖσθε ἰοὶ ὄφεις τε, ἢ ἰοὶ αἰλῆροισι δύναντες,

Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet  
 Ortus, occasus, austrum, boreamque rigentem.  
 Ipse hominum solidam formam speciemque crea-  
 vit,

Ipse feras fecit, serpentinaque, atque volucres.  
 Hunc vos non colitis, frustra que, errore pu-  
 dendo,  
 Anguibus & feli reverenter sacrificatis,

Εἰδῶ-

rum auctoritatem, nullius ea mihi vel  
 pretii vel momenti videntur. Quid enim  
 ad rem facit si homo Judæus scribens  
 Græcis inserit in vocabulo Adami, & in  
 nomine ejus quatuor mundi inveniuntur car-  
 dines? Nec tamen verum est quod dicunt,  
 tribus tantum apud Hebræos hanc vocem  
 constare literis, quia nempe compendii  
 gratia unica vocalis in scribendo om-  
 mittitur, secus enim id sese habet in pro-  
 nuntiatione. *Is: Vossius.* Vide etiam de  
 hoc *Gallei* dissertationes.

9 Ἀντὶς ἐποίησεν] Uterque codex ita ef-  
 fert hunc versum,

Ἀντὶς ὅς ἐποίησεν τύπον μορφῶν μερόπων τε.  
 Nisi quod recentior transpositis vocibus  
 habet μορφῶν τύπον. Citatur autem idem  
 cum duobus aliis à *Lactantio* lib. 2. cap.

12. hoc ordine: *Sibylla* hominem opus Dei  
 esse testatur.

Ὁς μόνον ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπερ-  
 ζῶν.

Ἀντὶς δὲ ἐποίησεν τύπον μορφῶν μερόπων  
 τε,

Ἀντὶς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βίωτοιο.

Qui cum nullibi in his libris reperiantur,  
 hic inferendos arbitror. Extant quidem in  
 proemio sed id à *Lactantio* lectore conge-  
 stum esse, & à vetusto codice abesse, su-  
 pra significavi. *Orphæus.*

10 ὄφεις τε] Serpentes ab *Ægyptiis*  
 cultos, testis est *Herodotus* in *Euterpe*,  
 ubi ait, serpentes circa *Thebas* *lacro-*  
*scos* fuisse, quod etiam defunctos in *Jo-*  
*vis*, cui Deo sacri erant, templo sepelie-  
 bant. *Ei* ἢ, inquit, ἀπὸ θεῶν εἰροὶ ὄφεις,  
 ἀνθρώπων.

ἀνθρώπων ἠδὲ καὶ ἀλλήλων: ὁ μερῶν δὲ εὐνίας  
 μισροί, δύο κέρατα φέρουσι, περυσίται ἐξ ἄκρας  
 τῆ κεφαλῆς. τὴς δασυπόνοισι διαπίπτει ἐν τῷ  
 ἰσθμῷ Διός. Aspides vero præ aliis Ægypti-  
 ptis vehementer in honore fuisse, ex  
 Phylarcho testatur Ælianus lib. xvii.  
 de Animal. cap. v. Φύλαρχος, inquit,  
 ἐν τῇ β. ἰσθμῷ τῷ Αἰγυπτίῳ ἀσπίδων ἀδελ-  
 τομαύται. πρῶτον αἱ φησὶν αὐτὰς ἐχυρῶς καὶ  
 ἐν ταύτης τῆς πρῆς ημερωπάτας καὶ χειροῦ δει-  
 γνῶσιν τὰς ἐκ τῆς τοῦ φῆς πεπαλωμένους. ἴσως  
 παιδίοις ἐν σωτηροφόμενοις μὴδὲν ἀδύνατον καὶ  
 κηλαμένους δὲ, ἐξέρχονται τῷ φιλῶν, καὶ ἀφικνε-  
 τῶν κληῖται ἢ αὐτῶν ὁ τῷ δασυπόλων ἐπὶ κρό-  
 τῳ. Vide etiam quæ ibidem sequuntur.  
 Idem Ælianus lib. x. cap. xxxi. ait, ge-  
 nus quoddam Aspidae, quam Ægyptii  
 Thermuthin vocabant, iis in summa ve-  
 neratione fuisse, eaque tanquam regio  
 quodam diademate Ifidos simulacra coro-  
 nasse: Τῶν δὲ ἱερωδῶν, sunt verba ejus,  
 ἀσπίδα, ἢ ὄνομα ἐστὶν Αἰγυπτίοις τῆτο, ἰε-  
 ρῶν εἰνά φασι, καὶ σέβονται αὐτῶν οἱ ἱερεῖς,  
 καὶ τῷ ἰσθμῷ τῷ ἀγάλματι ἀναδῶσι ταύτη,  
 ὡς νυνὶ διαδήματα βασιλείων. Aspidae cultus  
 meminit & Cicero lib. v. Tuscul. Quæ-  
 stion. Auctor item Historiæ Barlaami lo-  
 co supra laudato. Non solum vero anti-  
 quis seculis Ægyptii serpentes venerati  
 sunt, sed & multo recentioribus ab aliis e-  
 tiam gentibus divinus honor serpentibus  
 tributus. Sic Erasmus Stella serpentes à Bo-  
 ruffis pro Deo habitos scribit lib. i. de anti-  
 quitatibus Boruffiæ in limine: Nulla, inquit,  
 eis sacra aliquandiu fuerit: tandem in eam  
 deducti insaniam, ut serpentes, serasque, &  
 arbores, religiose colerent. Sigismundus quo-  
 que L. Baro in Herberstein idem refert de  
 Samogitis, Comentaritis Rer. Moscoviti-  
 car. Ait enim, Samogitia incolis serpentem  
 esse pro Deo. Et, Siquid adversi illis accide-  
 ret serpentem, Deum domesticum, male ac-  
 ceptum ac saturatum esse credunt. De Sa-  
 mogitis item J. Casar Scaliger de Subtilita-  
 te, contra Cardanum Exercitat. clxxxiii.  
 Sect. ii. In Sarmatia, inquit, regio aut  
 Rutenorum, aut Rutenis proxima est, Sa-  
 mogitia. In ea lacerti sesquipede majores,  
 crassi, nigri: quos incolæ pro laribus colunt

familiaribus. Si quid accidit sinistri: minus  
 rite cultum nimen suspicantur, aut deteriori-  
 bus, parioribusve acceptum epulis. Itaque cu-  
 rant eum opera attentiore: qua sese ad res se-  
 cundiores existimant exorantur. De Lithua-  
 nis similiter Alexander Guaguinus in Sarmat-  
 ia sua Europæa tradit, iis serpentes pro diis  
 fuisse: quibus & sacra faciebant, & victimas  
 immolabant. Verba sunt: Viperas atque ser-  
 pentes Deos esse credebant, eisque cultum præ-  
 cipuum exhibebant, & singuli patres fami-  
 lias, cives, coloni, & nobiles, singulos serpen-  
 tes domi ad servare solebant; quos pro Penati-  
 bus, & Laribus familiaribus, adorabant;  
 lacque, & gallos gallinaceos, eis immolabant;  
 eratque inanspicatum, & exitabile toti  
 familia, quem iam ex eis violasse, de hono-  
 rasseve, aut domi non foruisse. Tales enim,  
 vel omnibus bonis privabantur, vel crudeli-  
 ter lacerati interibant. Posteriora hæc  
 verba non multum abeunt ab eo, quod  
 Sigismundus L. Baro in commentariis  
 Rerum Moscoviticarum, antea jam me-  
 moratis, refert contigisse in Lithuania  
 cuidam, qui serpentis cultum dereliquisset:  
 Cum, inquit, priori ex Moscovia iti-  
 nere in Troki venissem; referebat hospes  
 meus, ad quem forte diverterem, se e-  
 dem, quo ibi eram, anno ab ejusmodi quo-  
 dam serpentis cultore aliquot alvearia apum  
 emisse: quem cum oratione sua ad verum  
 Christi cultum adduxisset; utque serpen-  
 tem, quem colebat, occideret, persuasisset;  
 aliquanto post, cum ad visendas apes suas  
 eo reverfus fuisset, hominem facie defor-  
 matum, ore aurium tenus miserabilem in  
 modum diducto, offendit. Tanti mali caus-  
 sam interrogatus, respondit, se, quod ser-  
 penti, Deo suo, manus nefarias iniecisset,  
 ad piaculum expiandum, luendamque pœ-  
 nam, hac calamitate puniri: multa que gra-  
 viora, si ad priores ritus suos non rediret,  
 se pati oportere. Quidnam de hujusmodi  
 relatione dicemus? pro figmento eam tra-  
 ducendam? Sed auctoritas narrantis ob-  
 stare viderur. Ego judicium meum hic  
 suspendere malo, quam præcipitanter a-  
 liquid effundere. Si tamen hujusmodi quid

contigerit, & caussam ejus, ut illi existimant, ex rejecto serpentis cultu, & non potius aliunde, petendam esse, alicui non adeo absurdum videatur; dæmonem hic suas partes agere, minime dubitandum censeo. Interim his de cultu serpentium adde, quæ Eximius ac Celeberrimus Vir M. Z. Buxhornius, in nupeta sua Historia Universali edita, de Lithuanis & Samogitis serpentes numinis instar colentibus, profert ex oculati gravissimique, ut eum vocat, testis, Joannis Meleti, Epistola ad Georgium Sabinum, ubi, præmissis quibusdam de ceterarum Sarmatiæ gentium dæmonum cultu ac idololatria, mox subdit: *Præterea Lithuani & Samogitæ in domibus sibi fornace, vel angulo vaporarii, ubi mensa est, serpentes fovent, quos numinis instar colentes, certo anni tempore, precibus sacrificuli evocant ad mensam. Hi vero exeuntes per mundum linteolum conscendunt, & super mensam assident. Ubi postquam singula fercula delibaverunt, rursus descendunt, & seque abdunt in cavernis. Serpentibus digressis, homines lati fercula illa præ gustata comedunt, ac sperant illo anno omnia prospera sibi eventura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibaverint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.* Hæc ille. Serpentes à Calecutensibus etiam coli tradit J. Casar Scaliger Comment. in lib. II Aristotelis de Historia Animalium cap. XVII. Sect. cxxiii. Lusitani, inquit, navigatores, serpentes prodidere in provincia Calecuti vastissimo esse capite, porci maximi magnitudine; pro numine ab rege coli. Ouzelius.

II Αἰθίοψος] Subdit Strabo αἰθέρων sive felem. De quo & Herodotus in Euterpe, Plutarchus quoque in De Iside & Osiride. Item Cicero lib. I. de Legib. & lib. V. Tuscul. Quæst. in verbis supra adductis, uti & lib. I. de Natura Deorum: *Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio. Juvenalis quoque Satyra xv.*

Illic aluros, hic piscem fluminis —

— venerantur. —

Sic enim ibi legendum, non *cornulos*, ut est in vulgatis, optime monuit Brodæus Miscellan. lib. VII. cap. II. Diodorus etiam Siculus Biblioth. Hist. lib. I. Περὶ δὲ τῆ ἀφιερωμένην ζώων κτλ Αἰγυπτίον εἰς ἵπτας φαίνεται πολλοῖς παραδόξον τὸ γνώριμον, καὶ ζητήσεως ἀξίον. σέβονται γὰρ ἐν αὐτῇ ζώων Αἰγυπτίον καὶ ὑπερβολῶν, καὶ ζῶντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντων. οἷον τὰς τε αἰλῆρας, καὶ τὰς ἰχθυόδμονας καὶ κύναις. ἐπὶ δὲ ἱέρακας, καὶ τὰς κελκήμενας παρ' αὐτοῖς ἵβεις. πῶς δὲ τούτοις τὰς τε λυκῆς, καὶ τὰς προκοδείλους, καὶ ἕτερον τοιαύτη πλείω. Paulo post caussam hujus cultus Diodorus adducit; quia felis contra aspidum, aliorumque serpentium mortuus utilis est. Καὶ γὰρ μὲν αἰθέρων πῶς τε τῆς ἀσπίδας θανάσιμος, δυνάστας δὲ τῶν ὑπερβολῶν, καὶ τὰ πάντα δύναιται ἔρπειν. Felis quoque cultus meminit Plutarchus Symposiacion lib. IV. quæst. V. Et Clemens Pseudo-Romanus lib. V. Recognit. loco ex parte superius jam allato: *Alii Ægyptiorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii Hircum, alii Gattas.* Per gattus enim plane feles, sive aluros designat. Sic enim tum temporis locuti sunt, & gattas, vel cattas, feles appellabant. Unde in Gloss. Catta, αἰθέρων. Et alia: Κατῆα, Catta. Sic Callimachus Scholiastes ait αἰλῆρας, sive feles, κατῆα ἰδιωτικῶς nominatas fuisse. Item Euagrius lib. VI. cap. xxiv. αἰθέρων κατῆων ἡ σωθήσεια λέγεται. Catti voce etiam utitur Auctor Historiæ Barlaami, ubi de Ægyptiorum superstitionibus agit: *Quidam, inquit, illo vitulum coluerunt ovem, quidam hircum, alii vitulum & porcum, nonnulli corvum & accipitrem, & vulturem, & aquilam. Alii vero crocodilum, quidam cattum, & canem, & lupum, & simiam, & draconem, & aspidem: alii cepas, & allia, & spinas.* Porro apud Herodotum, libro dicto, legimus, Ægyptios ob felis mortem, non, ut in morte canis, totum ratisse corpus, sed tantum supercilia. Ἐν ὁμοίῳ δὲ ἀν οἰκίῳσι αἰθέρων ἀπεργάζηται δὲ τὸν θεῶν ἑμεῖται, καὶ οὐκ οἰκίοντες πάντες ἐυρέονται τῶν ὀφθαλμῶν μουῶν. παρ' οὐτένισι δὲ ἂν κίτων, πῶς τῆ

Εἰδώλοισ τ' ἄλλοις, <sup>12</sup> λιθίνοισ θ' ἰδρύμασι φώτων,  
 Καὶ ναοῖς ἀθείοισι καθεζόμενοι παρὰ θυραίων.  
 Τηρεῖτε τὸν ἐόντα θεόν, ὃς πάντα φυλάσσει.  
 Τεσπόμενοι κακότητι λίθων, κείσιν ἐκλαθέοντες  
 Αθανάτω σωτῆρος, ὃς ἔρανὸν ἔκλισε, καὶ γλυφ.  
 Αἰ, γρόθ' αἰμοχαρές, δόλιον, κακὸν, ἀσεβέων τε  
 Ψυδῶν, διγλώσσων ἀνθρώπων, καὶ κακοθητῶν,  
 Λεκτροκλόπων, εἰδωλολατρῶν, δόλια φρονηόντων.  
 Οἷς κακὸν ἐν σέρενοισιν ἐνι μεμανημηδῆσ' οἷσρ' ὄϊσρ'.

Et signis aliis hominum, faxisque sacratis,  
 Ante profanorum delubrorum ostia stantes.  
 Observate Deum, quique est, quique omnia  
 servat.

Qui dum faxorum specie gaudetis inani,  
 Non venit in mentem iudex æternus, & idem  
 Servator, cœlum qui telluremque creavit,  
 Heu stirps, effuso quæ gaudes sanguine, prava,  
 Impia, vafra, hominum mendax genus, atque  
 bilingue,  
 Insidians, dirum, mæchum, simulachricolarum:

Αὐτοῖς

τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν. Addit deinde, fe-  
 les mortuas saliri solitas, arque ita Buba-  
 stum deferri, ubi sepeliebantur: Ἀπίλην-  
 ται ἢ οἱ ἀλλοιοὶ ἀποθανόντες ἐς ἱερὰς σέρας, ἐν-  
 θα γὰρ ἴστανται περὶ ὁμήγετος ἐν Βαβυλῶν πόλι.  
 Idem.

12 Λιθίνοισ] Regius codex & Gallæ  
 MS. λιθίνοισ καὶ ἰδρύμασι φώτων, & vers.  
 20. Puteanus, ἀπὸ τοῖς ἀπάλζοντες, qui su-  
 pra ἀερασιώοι dicuntur. Cui loco hic simi-  
 lis est, ut alter ex altero formatus videat-  
 tur. Ὁρφοραιο.

Αὐτοῖς ἀεπάζοντες, ἀναίδεια θυμὸν ἔχουσες.

Οὐδὰς γὰρ πλατῆναι καὶ ἔχων ἄλλω μεταδώσει,

Ἀλλ' ἔσεται κακίη δεινὴ πάντεσσι βροτοῖσι.

Πίσιν δ' ἐχρήσασιν ὅλως, χῆραί τε γυναικες,

Στέρξασιν κρυφίως ἄλλες πολλαὶ διὰ κέρδιον,

<sup>13</sup> Οὐ σπάρτεω κατέχευσα ἔβριανδρῶν αἰλαχῆσαι.

<sup>14</sup> Αὐτὰρ ἐπεὶ Ρώμη καὶ Αἰγύπτια βασιλεύσει,

Quorum vefanus stimulus præcordia vexat,  
Qui sibi prospiciunt rapiendo, prohi pudor, unis.  
Nam nemo locuples, & habens, impertiet ulli:  
Humanum sed erit profum genus omne scelestum.

Non erit ulla fides penitus, viduæque frequentes  
Furtivo, causa quæstus, utentur amore:  
Sortitæque viros conventa jugalia frangent.

Sed postquam Roma Ægyptum reget, imperioque

<sup>15</sup> Εἰς

<sup>13</sup> Οὐ σπάρτεω] Dele articulum ἔ ex auctoritate regii codicis. *Idem.*

<sup>14</sup> Αὐτὰρ ἐπεὶ] Licet ille rumor sub Herode multum increbuerit, altius tamen aliquanto est repetendus, ab eo nempe tempore quo Jerosolyma occupavit Pompejus, quinquaginta novem annis ante natum Christum, completa exacte sexagesima secunda Danielis hebdomade. Argumentum clarissimum quo id confici

possit, exinde habemus, quod jam tum in vulgus spargi cœperint carmina sub Sibyllarum nomine a diversis toto orbe dispersis conscripta Judæis, quibus adventus magni regis contineretur, cui, licet sine pompa & militibus esset adfuturus, totus nihilominus esset subjiendus terrarum orbis. Illo ipso enim anno quo capta à Pompejo fuere Jerosolyma, prodit Sibyllinum istud oraculum, *Regem populo Romano*

Romano naturam parturire. Quanti momenti visum sit gentibus hoc oraculum, vel inde colligas, quod Suetonius in Augusto scribat; *Senatum exterritum censuisse, nequis illo anno genitus educeretur; eos qui gravidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse ne Senatus consultum ad ararium deferretur.* Eodem anno idem hoc oraculum excitavit P. Cornelium Lentulum, qui illud ad se pertrahere conatus est, ut testantur non Appianus modo & Plutarchus, sed & Salustius & Cicero III. Catilinaria, cum alibi, tum quoque his verbis; *Lentulum autem sibi confirmasse ex fati Sibyllinis aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse. Cimam ante se & Sullam fuisse, eundemque dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicemus.* Recte addit aruspicumque responsis: in fatalibus quippe Sibyllinis scriptis id tantum continebatur, si quando Ægyptus Romanis pareret, tum adventurum magnum regem, tumque tres futuros qui Romanam affligerent & perderent Rempublicam. Istos vero tres fore Cornelios, id ex aruspicum verisimile est accessisse interpretamento. Versus vero Sibyllini, quibus hæc continebantur, sunt illi ipsi, qui etiamnum hodie occurrunt, circa finem libri secundi,

Αὐτὸς ἐπὶ Ρώμῃς πὶ τῆς Αἰγύπτου βασιλείᾳ

Εἰς ἐν δὲ θάνατον, τότε δὲ βασιλείᾳ μερίῃ

Ἀγνῶτες βασιλεῖς ἐπ' ἀνθρώποις φανέσονται

Ἡδὲ δ' ἀγνῶτος ἀναξ' ἰδέσθης γῆς σελήνης κρηνοῦ

Εἰς ἀόνατος πέπλος ἐπειρηθήσεται κρόνοιο.

Καὶ τίτ' Ἀπρίων ἀπαράντη: ἄλλο δὲ

Τρεῖς Ρώμῃς ἀίχλη μείρη καὶ ἀδελφῶσινται.

Vide quoque sequentia. Aprius vero hæc intelligis de triumviratu Augusti, Lepidi, & Antonii. Sed vero cum ex iis quæ dixi-

mus, manifeste pateat versus istos fatidicos jam existisse totis viginti annis ante triumviratum, si quis credere nolit hæc futura potuisse præscribi à scriptoribus Sibyllinorum, per me licet ut credat, quemadmodum ante Cornelium Lentulum, ita quoque huius exemplo istos triumviros ad invadendam Rempublicam instigatos fuisse versibus illis Sibyllinis, quorum tanta apud Romanos esset auctoritas. Nec successu caruit tam speciosus prætextus, cum & tres simul oppræsserint Rempublicam, idque tempore magis opportuno, capta jam quodammodo à Cæsare Ægypto. Quid autem moverit Ægypticos & Alexandrinos Judæos, ut Regis magni adventum minentur, si quando factes Romani Ægyptum & Alexandriam intrent; ejus rei causam infra explicabimus. Per virginum absolutionem intellige Fabiam Vestalem, de qua vide Asconium Pedianum. Quare vero decimum & viciesimum annos vocet fatales mox dicemus. Apratum deinceps hoc oraculum Ptolemæo Auletæ, quem cum Romani regno vellent restituere, reposuerunt Alexandrini sacerdotes, reducendum regem esse ex voluntate Sibyllæ sine pompa & multitudine, ut est apud Ciceronem lib. 1. Epist. ad Lentulum. Vide quoque Dionem. De Cæsare intelligendum esse hoc vaticinium multi postea crediderunt, uti docet Cicero, cum alibi, tum quoque libris de Divinatione editis statim post mortem Cæsaris: *Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur, quorum interpres nuper falsa quadam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, cum quem revera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse velimus.* Vide quoque sequentia, ubi ex eo, quod versus illi crebras continerent acrostichidas, evincere conatur, eos non inspiratione divina, sed vero adhibita cura fuisse compositos: quod ipsum eodem tempore Cicero nis a qualis scripserat quoque Varro in libris rerum divinarum, negans acrostichidas istas esse Sibyllinas, uti

<sup>15</sup> Εἰς ἐν δὴ θωύσα, ἴτε δὴ βασιλεία μεγίστη

Frenabit, summi tum summa potentia regni

Αἴα-

constat ex Dionysio Halicarnasseo lib. 4. Pergit dein Cicero & concludit; *Cum an-  
tistitibus agamus, & quidvis potius ex illis  
libris, quam regem proferant: quem Roma  
posthac nec dii, nec homines esse patientur.*  
Huc quoque facit L. Cottæ xv. viri senten-  
tia apud Suetonium; *Quoniam libris fa-  
talibus contineretur, Parthos nisi à rege  
non posse vinci, Cæsar Rex appellaretur.*  
Ad Augustum deinceps relatum idem ora-  
culum. Cum enim eodem anno quo à  
Pompejo capta fuere Ierosolyma, editum  
diximus, fuerit oraculum, Naturam orbi  
regem parturire, paucisque postea mensi-  
bus natus fuerit Augustus Cæsar; æquis  
dubitet aut neget, astrologos justam latis  
habuisse causam, ut quod de Christo in-  
telligendum esset, postmodum Augusto re-  
rum potenti attribueretur vaticinium? Sa-  
tis itaque clarum, id quod toto orbe spar-  
sum erat oraculum de nascituro è Judæis  
rege, qui universi orbis frueretur imperio,  
admodum fuisse vetustum, utpote è sacris  
sacerdotum literis depromptum, ut Sueto-  
nius & Tacitus testantur. Frustra aliquis in  
illis, quæ Sullanis temporibus una cum Ca-  
pitolio consumta fuere, Sibyllinis scriptis,  
istiusmodi quærat oracula. Si quis ea quæ  
superfunt priorum Sibyllarum excuriat lo-  
ca, longe alterius inveniet ea fuisse gene-  
sis, & quidvis potius quam regis alicujus  
prænuntiasse adventum: ut manifestum  
sit non potuisse hæc ab aliis, quam à Ju-  
dæis vulgari, qui sub nomine fatidicarum  
mulierum, & quarum apud gentes ma-  
gna esset auctoritas, ea in lumen edidere,  
quæ ipsi è prophetarum suorum hausissent  
oraculis. Nec successus horum defuit va-  
ticiniis, & quidem tantus, ut cæterarum  
gentium protinus cessarint oracula. Quip-  
pe cum alia plurimum inter se discrepa-

rent, & qui illa dictarent, non fallerent  
tantum, sed & fallerentur; soli Judæi u-  
num omnes clamabant, prædicentes ad-  
ventum regis servatoris orbis, & cujus im-  
perium in omnes esset futurum gentes. E-  
tiam illi qui vaticinia ridebant, cum vide-  
rent tot millium hominum in illis quæ re-  
docti essent à suis prophetis unanimum  
consensum; non poterant non existima-  
re aliquid subesse arcani & tamen divini,  
quo mentes ad tantam compellerentur  
concordiam; ac si uno spiritu, eodem  
numine, & iisdem sensibus omnes inspi-  
rarentur. Quod si quis scire desideret,  
qualia præcipue ea fuerint, quæ in istius  
temporis Sibyllinis vulgarentur; adeat is  
sacros libros, & sciat quæcumque ibi de  
Servatore nostro occurrunt oracula, simi-  
lia quoque illis contenta fuisse carminibus,  
finem regni Judaici, desolationem tem-  
pli, everisionem religionis gentilium, in-  
stauracionem templi sed spiritalis, con-  
summationem & conflagrationem mun-  
di, partum insuper virginis, novam pro-  
geniem cælo delapsam, abolitionem pec-  
catorum primi parentis, aliaque qualia in  
quarta Eccloga canit Virgilius, secutus o-  
raeula quæ sub nomine Cumææ vatis isto  
passim legebantur tempore. *Is. Vossius.*

<sup>15</sup> Εἰς ἐν δὴ θωύσα] Gallæ MS. habet  
*ιδωύσα*. Legendum videtur ex eodem *εἰ ἐν  
ιδωύσα*, quamquam Puteani exemplar  
& manuscriptus Ranconeti quaternio, qui  
ab hoc versu incipit, vulgatam lectionem  
tueantur. Fuit autem Ægyptus in potesta-  
tem Romanorum redacta, & provinciæ  
formam accepit Cæsaris Augusti imperii  
anno decimo quarto, victa cum Antonio  
Cleopatra Ægyptiorum regina. Festus,  
Rufus, & Eusebius in chronicis, inter a-  
lios. *Opfopaus.*

Αθανάτη βασιλῆσσι ἐπ' ἀνθρώποισι φανείται.

Ἡξιδ' ἀγνός ἀναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων,

Εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο.

<sup>16</sup> Καί ττε Λατίνων ἀπαράιτος χόλσσι ἀνδρῶν

<sup>17</sup> Τρεῖς Ρώμην οἰκτεῖ μοιρῆ καταδηλήονται.

Πάντες δ' ἀνθρώποι μελάθροισι ἰδοῖσιν ὀλοῦνται,

Ὅπῳταν ἐρανόθεν πύρινος <sup>18</sup> ῥόδιση καταράκτις.

Ὅμοι δειλαίη, πότε ἐλδύσεται ἡμαρ ἐκείνο,

Καί κείσισι ἀθανάτιο θεῶ μεγάλῃ βασιλῆσσι.

<sup>19</sup> Ἀεὶ δ' ἐπὶ κτίζεσθε πόλεις, κοσμεῖσθε τε πάσαι

Regis inextincti mortalibus exorietur.

Rex etenim sanctus veniet: qui totius orbis  
Omnia seclorum per tempora sceptrā tenebit.

Tuncque Latinorum non eluctabilis ira  
Tres Romam tristi fatorum stamine perdent.

Atque suis homines perdentur in ædibus omnes,

Tum cum de cælo torrens fluat igneus. Eheu  
Me miseram, quando veniet lux illa, diesque

Judicis æterni, magni regisque, Deique!

Nunc quid vos urbes ornatis, construitisque

Ναοῖς,

<sup>16</sup> Καί ττε &c.] In eodem ut & Gallæi cod. scribitur χόλσσι. sed proba videtur vulgata lectio. Idem.

<sup>17</sup> Τρεῖς Ρώμην] Idem uti & Gallæi refert τρεῖς pro τρεῖς. Utrumque tolerari potest, si τρεῖς malis, triumviratus Antonii, Lepidii, & Augusti intelligendus ve-

niet: sin τρεῖς, de Augusti & Antonii dissidio ter renovato accipiendum erit. Idem.

<sup>18</sup> Ρόδιση] Gallæi MS. legit ῥόδιση.

<sup>19</sup> Ἀεὶ δ' ἐπὶ &c.] Tres scripti codices absque interrogatione ἀεὶ δ' ἐπὶ. sic etiam habet Gallæi MS. Notare videtur sequenti-

Ναοῖς, ἢ σταδοῖς, ἀγοραῖς, χρύσεις ξοάνοις τε,  
 Αργυρείοις, λιθίνοις τε, ἵν' ἔλθῃτ' εἰς πικρὸν ἡμᾶρ.  
 Ἡξέ γ' ὅπότεν θεὸς διαβήσεται ὁδμῆ  
 Παῶσιν ἐν ἀνθρώποις. αὐτὰρ τὰ ἕκαστ' ἀγορῶσιν,  
 Οσασίς ἐν πόλεσιν μέροπες κακότητα φέρουσιν.

Templisque, stadiisque, foris, signisque, vel  
 auro

Si qua, vel argento fiunt, saxove: futura  
 Cum sit acerba dies, ad quam veniatis oportet?  
 Nam veniet, cunctos homines cum nidor olentis  
 Sulphuris afflabit. Verum jam singula pandam,  
 Quæ mala sint homines passuri, quasque per ur-  
 bes.

## ΛΟΓΟΣ

bus versibus tempora Domitiani, qui-  
 bus aureæ & argentæ statuæ Domitia-  
 no-erigebantur, & ipse urbem foro trans-  
 itorio, illic, Serapis, stadio ornavit re-  
 center exstructis. *Idem.*